



AD TIT. VI.

DE ELECTIONE,
ET ELECTI POTESTATE.

TRACTATUS VI.

Ad hunc tit. de
Electionibus ad-
de l. 3. 4. 5. &
6. ff. quod cu-
iuscunq; uni-
uersitatis nomi-
ne, Cuiacium
ad Edictum
Pauli lib. 9. ad
dictas leges, &
Ioannem A
Costa tit. de
Syndico.



ATISSIME diffunditur hic titulus. Comprehen-
dit enim generaliter omnem vocationem legitimam,
qua, vel ad Clerum, vel ad Dignitates & Honores
Ecclesiasticos, siue Seculares, siue Regulares, sole-
mus promoueri: quod statim definitione proposita
declarabimus. Et quidem arctior videtur Fulberti
Carnotensis Episcopi in Epistola 45. Electionem
vnius esse de pluribus maximè complaciti, secundum liberam arbitrij vo-
luntatem acceptio. Ista videtur plenior. Electio est ordinaria vocatio ido-
næ personæ, ad Clerum. potissimum verò ad Dignitates, & Honores Ec-
clesiasticos, Seculares, vel Regulares. plurimum Suffragiis Canonice facta.
Absque enim consensu totius Ecclesiæ, nullus admittebatur, non tan-
tum ad Dignitates, sed ne ad Clerum quidem. Quod fluxit ab ipsis
Apostolis.

S. Chrysosto- Et quidem *Acto*. 1. in fi. conuocatâ Vniuersâ Ecclesiâ Apostoli Mat-
tius hom. 3. in thiam in Apostolum, communi omnium decreto & suffragiis, ele-
Acta pag. 30. runt. Significat præter alia, verbum οὐλεῖνοιδη, id est, communi sen-
tentia aliquid constituere.

Apostolorum autem locum Episcopos obti-
nere constat. Itemque per electionem constituerunt Apostoli Presby-
teros, *Actorum cap. 14. vers. 25.* ibi χειροτονας. Χειροτονia enim verbum
electionem significat, ex eo ductum; quia in Electionibus consensus:

S. Chrysosto- significatur, porrectis & extensis manibus. Diaconos etiam communi
tius Ecclesiæ consensu constituerunt, *Actorum cap. 6. versic. 5.* μαρτυρίων
Acta pag. 133. ἔχεισσος, id est omnium testimonio probatos elegerunt. Vbi aper-
tissimè separatur *Electio*, quæ ab omnibus facta proponitur, ab imposi-
tione manum, quæ statim subiicitur in versic. seq. in quo ab Aposto-
lis solis, per impositionem manum, Spiritus sancti gratia confertur

περιεργάτερος, Apostoli nempe, εἰθικεὶς αὐτοῖς τοῖς χειρεσι: Consecrationem
vulgò vocamus. Quæ quia statim & in continentí sequi solebat Elec-
tionem, aliquando Electionis tantum, aliquando verò Impositionis tantum
manuum fit mentio, εἰδῶν χειρῶν, & χειροτονia: quibus casibus al-
terutra sub intelligenda est, ex iure communi. De impositione ma-
nuum, vide Amalarium Fortunatum, in lib. de Divinis Catholice Ec-

eclesia officis, parte 2. pag. 165. editionis Coloniensis.

Ex his colligimus, verissimum esse, quod. doctissimè, ex locis Actorum supra citatis, Diuus Cyprianus rescribit, ad Clerum & Plebes in Hispania consistentes, lib. i. Epist. 4. his verbis. *Quanda ipsa (plebs) maximè habeat potestatem, vel eligendi dignos Sacerdotes, vel indignos recusandi, cum hoc tamen temperamento; quod & ipsum videmus, de oculis deligatur: & dignus atque idoneus, publico iudicio ac testimonio comprobetur.* Ex qua epistola sumptum est cap. 12. in prima Collectione, quod omisit Raymundus; sicut & ex cap. i. hoc tit. detrahit hæc verba, *Conuocatis eisdem, id est Clericis, etiam Parochianis, atque in unum consentientibus.* Aliæ in hanc rem Epistola Cypriani occurunt, etiam de Subdiaconis, & Lectoribus. Epistola 53. de Subdiaconis. Et ita Apostolicam disciplinam suo exemplo confirmauit: quod & à Magistro, quem vocare solitus erat, Tertulliano didicerat, in *Apologet.* cap. 39. *President probati quique seniores, honorem istum, non pretio, sed testimonio adepti.* Ea denique de re plures extant Canones, *Can. 26. & 28. Causa xvi. Quest. i. Can. 3. & 7. Dist. xxxiv. [& Dist. LXII. & LXIII. per totum.]*

Insignes loci extant in l. 49. Cod. Theodos. de Decurionib. l. 3. 6. & 17. de Episcopis, Ecclesiis, & Cleric. Cod. eod. Quarum Legum non Julianus; non Valens, sed Constantinus, & eius Liberi inscribuntur autores. Verba d. l. 49. Sanè si qui ad Presbyterorum gradus, Diaconorum etiam, seu Subdiaconorum, ceterorū inque peruererint, adfidente Curia, ac sub obtutib. Iudicis promente consensum (cum eorum vitam insignem, atque innocentem esse omni probitate constiterit) habere debet patrimonium probabilis instituti, ut retineat proprias facultates: maxime si totius populi vocibus expetatur. Et postea. *Quid si forte non Curialibus apud Indicem profitentibus, non denique expertente populo, ad eos (quos diximus) gradus aspirent, aut studio fraudulentæ artis irrepserint, patrimonium suum liberis tradant, &c.* Apertiùs in d. lege 49. declarant Constantius & Constanus, Constantini filij, quod pater ante statuerat in d. l. 6. Neque vulgari consensu, neque quibuslibet potentibus, &c. Sed cum defunctus fuerit Clericus, ad vicem defuncti alias eligatur, cui nulla ex Municipibus prosapia fuerit, neque ea est opulentia facultatum, qua publicas functiones facillimè queat tolerare. Et postea: progenie municipis, vel patrimonio idoneus. Opulentos enim seculi subire necessitates oportet; pauperes Ecclesiarum diuitiis sustentari. In d. l. 17. Plebeios dinites ab Ecclesia suscipi penitus arcemus. Concilium Sardic. Can. 13. Diligentissime tractetis, si forte aut dives, aut Scholasticus de foro, πλούσιος, ή σχολαστικός ἀνθρακες. Eximebantur & excipiebantur illi tantum, quos vel Natalium splendor, vel facultatum tenuitas, & mediocritas (patrimonium probabilis instituti vocat d. l. 49.) potissimum vero vitæ probitas, & merita commendabant. Ad quæ dignoscenda non tantum Cleri, sed & Populi, & Magistratus consensus adhibebatur. Ex quo iure pro parte fluxerunt, quæ traduntur in formulâ Marculphi lib. i. cap. 19. Synodo Aurelian. i. cap. 4. Capitul. lib. v. cap. 120.

Adde Philo-
storgium lib. 9.
ca. 10. & in Dis-
sertationibus
pag. 382. & Flo-
rum in excep-
tis ad calcem:
Operum Ago-
bardi.

Adde Germani De Præcepto & Iussione Regali , aut Iudicis licentia obtinenda; Antissiodoren- quoties ad Clericatum , aut Monachatum , aliquis sæcularium aspira- sis in Clericum re præsumebat , potestate à populo in principem translatâ , quod fre- ordinatem quentissimum esse solet . d. capit. 120. verba notanda . Hoc ideo , quia obtinendam audiuiimus aliquos ex illis , non tam causa denotionis hoc fecisse , quam fuisse à Julio pro exercitu , seu alia functione Regali fugienda . Quosdam vero cupidius Praefecto Præ- tatis causâ , ab his , qui res illorum concupiscunt , circumuentos audini- torio Gallia- mus : & hoc ideo fieri prohibemus . Iunge Can. vlt. Causa xx. Q. 5. Eo- rum , in eiusdem iure nempè , & iisdem ferè verbis Legum Romanarum vñi sunt vita . per longissimum tempus Reges nostri . Prolixius ista , contra nostrum Codicis sci- morem , tum quia lucem afferunt his , quæ priùs obseruauit doctissi- licet Theodo- mus Marculphi Interpretes , tum quia breuitate nimia quosdam offendiani , quo vte- dimus . Redeamus .

banur Gallia.

In Ordine Romano similiter . Populo conuocato , Ordinandi eligun- tur , & eorum ordinatio publicatur , vt diximus ad cap. 27 , de Rescriptis . Æquum est enim , vt ille , qui præesse debet Clero & Ple- bi , communibus suffragiis eligatur : quam in rem vide Iuonis Car- notensis Semonem , in Synodo , de significatione indumentorum sacerdota- lium , inter Scriptores , de diuinis Ecclesia Catholica officiis .

Quoniam verò paulatim abiit in desuetudinem Consuetudo illa Ec- clesiæ ; ab eo fortè tempore , quo per abusum , ordinationes absolute , & sine titulo , vel ad titulum patrimonij fuerunt admissæ : ideo Raymundus , vel omisit omnino , vel detraxit ea , quæ pertinent ad iura Laico- rum , in antiquis Collectionibus ; præcipue motus 43. & 56 , capp. huic- tit . Remansit tamen diutius ius Populi , & Cleri , saltem in Dignitati- bus , & Honoribus Ecclesiæ conferendis , vt exemplis declarabimus in sequentibus ; ex quibus reliquas partes definitionis facile erit expli- care .

Definitione propositâ , conuenienter totius tituli argumentum & se- riem subiiciemus , & ad certa capita reducemus . Tractatur itaque non tantum , de simplicium Clericorum , vel minorum Prælatorum electio- nibus , sed potissimum Episcoporum , vt in cap. 2.7. & passim , & in c. 9. & 10. in 1. Collect. Archiepiscoporum cap. 4. & 9. in 1. Collect. iuncto can. 1. Dist. lxxi. Ipsius Pontificis , cap. 6. Imò & Imperatoris , in ce- lebri capitulo 34. Abbatum , & Abbatissarum in aliquibus Capitulis .

Generaliter verò omnis Electio fieri debet canonice , id est secundum formam à canonibus præscripam , de qua tractatur sæpiissimè in hoc titu- lo cap. 17. 14. 24. 28. 35. & 39. maximè verò notanda sunt , cap. 7. 41. & tria seqq. quia ex Conciliis generalibus duobus Romæ habitis , desumpta sunt . Ad varias etiam obseruationes , & ritus Electionum pertinent capp. 45. 46. 48. 50. 55. & 57.

Triplex verò est forma Electionis , per Scrutinium , p: r Compromissum , vel per Inspirationem , dicto cap. 4.

Ad formam per Compromissum , quia sæpius ysurpabatur , pertinent capp. 8. 21. 30. 32.

Aliquando etiam Pontifex specialem eligendi formam præscribit , cap. 52. & vlt.

Post electionem ius aliquod competit Electo , maximè si vltra limites

AD LIBRI I. DECR. TIT. VI. DEELECT. ET ELEC. POTEST. III.

Italiae sit constitutus, cap. 11. 21. 28. iuncta *Antiqua*: & cap. 44. hoc tit. quod pertinet pars ultima rubricæ, de *Electi Potestate*: quæ clausula etiam in tribus *antiquis Collectionibus* primis additur; ad differentiam Postulati, qui nullum omnino ius habet, antequam eius Postulatio fuerit admissa à Superiore, capp. 23. & 59. hoc tit. sicut pluribus *superiore* tit. confirmauimus.

Electio deinde Confirmatio à Superiore petenda est, ad quam pertinent capp. 3. 4. 7. 9. 11. 19. 21. 22. 35. 44. & 57. Cum cap. 3. huius tit. iungendum cap. 13. eodem tit. in 1. *Collectione*.

Confirmationem sequitur Consecratio cap. 7. & 44. hoc tit. cap. 6. 7. & 9. in *Collect. I.*

In Electione autem confirmanda ante consecrationem, diligenter inquirendum non tantum de formâ Electionis, sed etiam tam de personis Eli- gentium, quam eorum, qui fuerunt Electi. Multa enim in vtrisque de- siderantur. Quid in diligentibus, tractant capp. 18. 19. 24. 25. 26. [29. 35. 39. 42. 43. 46. 47. 48. 55. & 57.] Quid in his, qui sunt eligendi, vel non cap. 5. 13. 17. 27. & 54. in quibus hæc Regula notanda, quæ vulgo iactatur, *Regularia Regularibus, Secularia Secularibus tribuenda*, cap. 13. 4. & 47.

Dispensatiuè tamen in hoc articulo, & aliis, vitiosas electiones, causâ cognitâ confirmat aliquando Pontifex cap. 10. 13. 20. & 27. hoc tit.

Obseruandum, varias consuetudines Ecclesiarum in Electione, Confirmatione, & Consecratione, esse retinendas; nisi manifestè canonibus obuient, cap. 8. de *Consuetudine*, cap. 4. de *Postulatione*, cap. 30. 47. & 56. hoc tit. cap. 5. 9. & 10. in 1. *Compilatione*.

Quod si intra tempus canonibus constitutum, electio negligatur; hi, quibus hoc ius ex ordine competit, propter negligentiam, ea vice, iure suo priuantur, & deuoluitur ad immediatum Superiorem; & ita gradatim, usque ad summum Pontificem, cap. 4. 44. 60. hoc tit. & toto tit. de *supplenda negligentia Pralatorum*.

His omnibus subiiciemus aliquid, de usu, & Iuribus Ecclesiæ Gallica- nae, & Regum nostrorum autoritate in electionibus Episcoporum, & Abbatum. Itemque exemplis aliorum Regum confirmabimus; & aliquid de Inuestituris Ecclesiasticis aspergemus.

Conueniens est, ut de Episcoporum Electione agamus, quos vices Apostolorum obtinere diximus. Constat autem ex *Aëtis Apostolorum*, & *Epistolis Cypriani*, omnium voto factam fuisse: & confirmatur Sy- ricij *Epistolâ* 1. cap. 10. Celestini *Epist. 2. cap. 5.* Leonis Magni celebri *Epist. 67. ad Episcopos Viennensis provinciae*. [Augustini *Epist. 110.* quæ sic §. Super est ut, inscribitur: *Acta excerpta à Notariis in designando Eradio Presbytero. Philostorgij Hist. lib. 9. cap. 13.* ubi de Cizicenis, & *Dissertatio. pag. 385.*] de *Metropoli-* quibus iunge *canonem 3. Dist. LXXVII. can. 27. Dist. LXIII. Quibus tanoribus.* explicatur historia *Nouellæ Theodosij, de Episcoporum ordinatione, in Cod. Theodosij.* Ex his locis conficimus, in Electionibus Episcoporum, expectari vota Ciuium, testimonia Populorum, Honoratorum arbitrium, & ut Leo loquitur, testatur subscriptio Clericorum, Honoratorum quarum in veritatem, Ordinis consensus & Plebis..

De Electionibus Episcoporum.

Vide infra.

§. Super est ut,

visque ad §. nunc

de Metropoli-

tanoribus.

Vide Glossas.

Legum Ante-

ritum,

Honoratorum quarum in ver-

itatem,

Ordinis consensus & Plebis..

Et omnino ita se res habuit. Defuncto Episcopo alicuius Ecclesiæ admonebatur Metropolitanus, vt Visitatorem Episcopum aliquem ex suis Suffraganeis mitteret, qui futuræ Electioni præcesset; Populum, & Clerum conuocaret; hortaretur, & doceret, quid in electione obseruan-dum.

Vocabatur autem, non tantum Clerus Ecclesiæ Matricis, sed etiam aliarum Ciuitatis Paroeciarum. Imò & aliquando ex aliis Ecclesiis extra Ciuitatem: itemque de Monasteriis quidam feligebantur.

Post omnium vota & suffragia perquisita, componebatur Decretum Electionis, quod communī omnium subscriptione roboratum, ad Metropolitanum mittebatur, à quo Confirmatio, & Consecratio, siue Benedictio Ordinandi postulanda erat: qui posteā in formam Electio-nis, & Electi personam sedulò inquirebat; & eam demū confir-mabat.

Deinde in præsentia tam eligentium, quam Episcoporum Com-prouincialium, examinabatur Consecrandus, & interrogabatur. Quod si idoneus reperiretur; ante Consecrationem, Metropolitanō suo Pro-fessionem tradere tenebatur, qnæ fidei suæ declarationem, & sub-iectionem, & obedientiam Metropolitanæ sedi continebat, secun-dūm sacros Canones Conciliorum, & decreta Apostolicæ sedis, ex sa-crīs Canonibus & Legibus, qnibus autoritas Metropolitanorum scili-ctet constituta est.

Tertiò profitebatur se seruaturum quædam documenta ex sacris Con-ciliorum placitis exscripta, quæ ad Officium Episcopi ritè administra-dum pertinebant: & secundūm Ecclesiasticum morem, ab omnibus Episcopis Comprouincialibus subscripta, [nouis Episcopis] tradi so-lebant.

Postremū, his omnibus peractis, consecrabantur. Post consecra-tionem Ordinatores, ne obscuritas dubiæ Ordinationis incurreret, Ca-nonicas litteras dabant Ordinato, ad Clerum & Plebem, à quibus electus fuerat, quibus literis omnis ordo rei gestæ continebatur, sub-scriptionibus omnium Ordinatorum firmabatur, & dies simul & Con-sul adscribendus erat ex Concilio Milcuitano.

Comprouinciales autem Episcopi tres ad minūs ordinationi præsentes debent interesse; reliqui verò Comprouinciales, saltem per litteras con-sentire: quod constitutum est propter hæreses; ne in eo aliquid contra fidem Ecclesiæ, vnius tyrannica autoritas moliretur, Isidorus lib. 2. de Ecclesiast. Offic. cap. 6. & cap. 6. hoc tit. in 1. Collect. Rabanus Maurus lib. 1. de Institutione Clericorum, cap. 4. in fine.

Quæ hactenus diximus pluribus confirmantur, in tomo 2. Concilio-ram Galliæ pag. 633. & seqq. Et ex Ordine Ro. in lib. de Diuinis Offic. parte 1. pag. 95. 96. & seqq. ibi: incipit examinatio in Ordinatione Episcopi, secundūm Gallerum institutiones. Albinus Flaccus in eodem lib. parte 2. pag. 72. & seqq.

Examinationis autem præcipua capita referuntur in Ordine Rom. pag. 97. & seq. & dicto tomo 2. Conciliorum Galliæ pag. 651. & seqq. in Or-dinatione Villeberti Catalaunensis Episcopi. Et notandum solenne Ca-pisulum, quod incipit his verbis: Qui Ordinandus est, quod trade-batur

AD LIBRI I. DECRET. TIT. VI. DE ELECT. ET ELEC. POT. ii;
batur legendum Ordinando Episcopo; cuius etiam nominatim fit men-
tio in dicta Ordinatione Villeberti, sumptum esse ex can. 1. Carthagi-
nensis Concilij IV. Extat in can. 2. qui *Episcopus*, Dist. xxxii. Ad
quem locum rectè Correctores Romani notant, canones, qui tri-
buuntur dicto Cone. Carthaginensi IV. esse desumptos ex antiquis
statutis Ecclesiarum; nec esse revera exullo Conilio speciali: quare in
multis editionibus inscribuntur, *Statuta Ecclesia antiqua*. Similiter Isi-
dorus lib. 2. de Ecclesiast. Offic. cap. 10. & 13. indistinctè ita eos ci-
tat, *Sicut ait canon.* Hincmarus Remensis tamen, & alij Collectores
canonum cum Gratiano, cuidam Concilio Carthaginensi IV. eos tri-
buunt. Vt cumque sit, constat eos esse antiquissimos.

In Electionibus autem, potissimum impressio, & vis secularis po-
testatis prohibetur; quæ tanta fuit aliquando in primitiva Ecclesia, ut
populi in uitum Episcopum, & Clerum compellerent, in uitios & no-
lentes, in Episcopos, vel Presbyteros ordinare. Quam vim canones
& leges merito damnauerunt. Cleri enim in Electionibus, & Ordi-
nationibus præcipua autoritas esse debet, & libera ab omni violentia
& coactione. Et ita intelligendum videtur, quod dicitur Laodiceno
can. 13. *Iudicio Populi Electiones non esse faciendas: recte, ἔχας, in Vide infra ad*
Græco, id est, Plebis, & vulgi, τὸ χριστινὸν δίγονον. Non enim Ordinis, tit. de Tran-
& Honoratorum suffragia excluduntur, quæ supra probauimus admit- latione. Vbi ad
ti, nec tantum in Occidente; sed etiam in Oriente. Recte Diony- cap. 2. de E-
suis Exiguus & Cresconius ἔχασον, turbas, & multitudinem. In l. 6. lectione in pr.
C. Theodos. de Episcopis, Ecclesiis, & Clericis. vulgarem consensum;
neque vulgari consensu; neque quibuslibet potentibus. Cleri, Ordinis,
*& Plebis, simul Electionem, & consensum requiri, statim probabi-
mus pleniū; præsertim in Episcoporum Electionibus.*

Nec excludebatur consensus legitimus; sed tumultus, factio & iniu-
ria, cap. 10. hoc tit. in antiquis Collect. 1. Nonella Leonis, & Maioria-
ni tit. 2. in fine Cod. Theodos. can. docendus Dist. lxxii. Vide Epi-
tomen Iuris Canonici Antonij Augustini, parte 1. lib. 4. tit. 4. & 12.
quod etiam pertinent, capp. 2. & 43. hoc tit. [Adde Chrysostomum lib.
2. de Sacerdotio cap. 4. circa medium & finem, & lib. 3. cap. 15. Vbi cor-
ruptelas & fraudes, quæ in Electionibus à Clero & Populo solebant
frequentari, eleganter describit.]

Quare Zonaras & Balsamo, ad dictos canones 4. Nic. & 13. Laodic.
& ad can. 1. Apostolorum, non recte, in Oriente aiunt, omnino
desuisse adhiberi Populi consensum in Electionibus, etiam tempore
Concilij Nicenij, & Laodicenij. Ad usum sui temporis potius respexisse
videntur, quam ad antiquam obseruationem.

Quod ad Nicenos canones 4. & 6. Græci & Latini antiquiores,
eos de Consecratione, Ordinatione, & Manuum Impositione, quæ
solis Episcopis competit, acceperunt; quam sæpius per eminentiam
Χειροτονίαν appellant; vt ab Electione distinguant. [Vide Frontonen
Ducæum in notis ad tomum 1. Chrysostomi pag. 2. & 3. vbi recte *Χειροτονία*
Ordinationem & Consecrationem significare probat apud veteres
Scriptores Ecclesiasticos; vbi plura de Electionibus & Consecrationi-
bus; & de *Χειροτονίᾳ* pag. 23. & 69. Adde Haberium ad Pentificale Ec-]

eclesia Græca pag. 192. & 445. & seq. Itemque veteres versiones can. Nicæan. Ferrandum num. 4. 5. & 6. Cresconium, & quæ ex Conc. Carthagin. II. notantur infra, vbi de Consecratione §. quod si multi & seq.]

Meliùs nemo, quām ipsi Patres Concilij suam sententiam explicare poterit, in fine Nicæana Synodice Epistola ad Aegyptios, Episcopos substitui in locum demortuorum, μονιν ει ἀξιον φαινοντο, καὶ οὐ λαὸς απεῖτο, οὐεπιφηνίζοντο ὄντοις, καὶ οὐοργήσοντο τὸ τραχικὸν Αλεξανδρεῖας Εποκόπων. In

Quæstio horum can. 4. & 6. pertinet propter ad definiendum numerum Episcoporum, qui non solum Episcopi Consecrationi debent adhiberi. Vide Eusebium de vita Constantini lib. 3. cap. 57. & 58. Habertum ad quod Populi petant sibi Rectorem, & hoc iustum esse, ut & ipse veniat, & Pontif. Ecclesiæ Græca pag. 80. & seqq. & tissimè Synodica Concilij Constantinopolit. ad Damasum sub finem, & quæ nos infra κατατάσσουν ab Episcopis faciendam, id est, Consecrationem; & Electionem, vbi de Consecratione Ius Imperatori, Clero, & Populo afferit, in Nectarij Patriarchæ Constantinop. Ordinatione à Patribus vniuersi Concilij factâ. In Ordinatione per κοπον καχειεστονήμαρι, καὶ ὅψει τὸ δεοφιλεστον Βασιλεὺς Θεοδοσίου, πάπος τὸ inspirationem, καλύπτει πάπος ἐπιφηνίζομόντος τὸ πέλεως. De Flauiano sic. Φλαυιανὸν, οὗτος δὲ παπάς, & tit. de Translatione ad cap. δὲ Εκκλησίας, δοσπρέπεια μαζὸς φαντοῦ τὸν αὐλεγει πημοσίους. Gregorius Nazianz. Oratione in discessu ad Patres Constantinop. Synodi, ἀλλοι περισσοτέροις quod ad sensu αὐτοκοντα τοῖς πολοῖς. * Episcopum preficite, & ordinate, qui portentiam, vbi puto gratus & acceptus est. Qualiter Nectarium Electum & ordinatum fit mentio d. fuisse, Patres ipsi testantur in d. Synodica.

can. 4. dum de

Electione Athanasij & Basilij agitur.

* κατατάσσουν de Consecratione. Sic passim apud Athanasium κατατάσσουν accipiuntur in fine Epistola Synodice Alexandrinæ Synodi.

* Vide Synesium pag. 286.

Agitata iterum ea quæstio in Conc. Chaled. Actione x i. & xii. in Ordinatione Episcopi Ephesini, totius Diœceseos Asianæ Exarchi: vbi remotis Bassiano, & Stephano, prauè & vitiosè, contra dd. canones Nic. 4. & Antiech. 16. & 17. ordinatis, alius substitutus est, nec semel fit mentio, οὐτος τὴν λαμπεστίτων, καὶ τοὺς λογάδων, καὶ τὸ εὐλαβεστά τοις καλύρ-

AD LIBRI I. DECRET. TIT. VI. DE ELECT. ET ELEC. POT. 115

ζῆται λοιπῶν πάντων ἢ πόλεων πάσους: cosque opponit ὅχλωστά τοι, seditiosorum turbā, sicut suprà in can. 13. Laodic. explicauimus. Anatolius Patriarcha Constantinop. in d. Actione XI. ita censet. Dabitur Episcopus Ephesiorum Metropoli, ο παρὰ Θεὸν αὐτοδεληγόμενος, καὶ παρὰ πάντων τῶν μελλόντων ποιμαίνεις Ληφίζοντος: & in Actione XII. Η ὑπλογῆς πάντων ἢ μελλόντων ποιμαίνεις Ληφίζοντος, idem Anatolius, qui & ibi χιεροτοικός, id est Consecrationem distinguit ab Electione apertissimè: quam Consecrationem sibi vindicabat, contra Asianæ Diœceseos Episcopos; & pluribus exemplis Philippus Presbyter Constantinopolitanæ Ecclesiæ confirmat, in fine dictæ Actionis XI. ad quam iunge Palladium in Dialogo elegantissimo de vita Ioannis Chrysostomi, cap. 7. & 8.

In fine vero dictæ Actionis XI. dilatam fuisse constat quæstionem de Priuilegio Patriarchæ Constantinop. in ordinatione Ephesini Metropolitani; quæ decisa posteā fuit Actione 16 licet contradicentibus Paschasio & Lucentio Sedis Apostolicæ Legatis, & confirmatum Constantinopolitano Patriarchæ ius ordinandi, siue per se in urbe Regiâ Metropolitas Asianæ, Ponticæ, vel Thracicæ Diœceseos; vel etiam iubendi in suis Provinciis, & Locis ordinari: seruato tamen Electionis Iure Clericis vniuersiisque Metropoleos, Possessoribus, atque Clarissimis Viris: κατίποτες, & λαμπωτατες vocat: Ordinem Latini, & Honoratos vocare solent, & Plebem. Omnibus præterea Episcopis Suffraganeis, & Comprouincialibus, vel maiori parti eorum Ius eligendi seruatur.

De Electione verò totâ, ab omnibus Eligentibus Relatio mitti debet Constantinopolitano Patriarchæ; cui & Ius Confirmationis Electionis antea factæ, & Consecrationis competit. Merito enim illi, cui permittitur Consecratio, per consequentias Electionis inquisitio, & examinatio diligens, concessa intelligitur; sicut plenius in articulo de Consecratione dicemus. Vide can. pen. Chalcedon. Synodi, cuius vera sententia, ex locis supra citatis elucet: ea verba potissimum, Ληφίζοντων συμφωνῶν κατὰ τὸ ἔδος γνωσθεῖσαν, καὶ ἡτοι αὐτοὶ αἴστερεψθεῖσι. Adde l. 16. & 17. init. Cod. de Sacrosanct. Ecclesiis, & l. 29 §. ult. C. de Episcopali audience.

Superest, ut in Electionum inter ostendamus conuenisse Ecclesiam Orientalem cum Romanâ, & eodem sensu accepisse d. can. 4. Nicænum & Laodicenum 13. vt neimpè integrum & illibatum retinerent ius suffragij Clerus, Ordo, siue Honorati, & Plebs, siue Possessores: non autem solis Episcopis permissam simul Electionem, & Ordinationem; & ademptam reliquis Electionem.

Et quidem initio tituli confirmauimus, ante Concilium Nicænum, vniuersæ Ecclesiæ Ius eligendi competuisse, siue in Oriente, siue in Occidente. Post Nicænum, & Laodicenum, idem Ius in Oriente retentum diutissimè probauimus: quin & in Occidente statim, ex Concilio Sardicensi indicauimus. Studium tantum fuit Patribus, scilicet Concilij Nicæni, & Laodiceni, autoritatem Metropolitanorum conseruare; & ne à paucioribus, quam tribus Episcopis, Ordinationes, & Consecrationes Episcoporum fierent: itemque ne præualerent viles & seditiosæ Plebeculæ in Electionibus, Syricius Epist. 4. cap. 1. 2. & 3. Vide supra ubi

de Electionibus quæ ita Ferrandus citat *nus.* 4. & 6. Concil. Zellense *ex Epistoli Pape Episcoporum in Syricij*, quam totidem verbis exscripsit Innocentius I. in *Epistola ad Vitericum Rothomag.* ex qua *can. extra conscientiam Dist. Lxv.* Concilium II. Carthag. sub Genethlio *can. 12.* Carthag. III. *can. 39.* & 40. Qui duo canones in Concilio Africano vulgo dicto, in *Codice canonum veteri* 16. & 17. habentur: *dicti vero can. 12.* Concilij Carthag. II. particula refertur in *Collectione*, vulgo Carthaginensis Concilij in d. *Codice* appellata, *cap. 13.* quod disceptum miserè ex tribus Canonibus d. Concilij II. 10. 12. & vlt. Quare mirum non est, si vera mens d. *can.* non fuerit percepta à Zonara, vel Balsamone; nec potuerit percipi, turbatis fontibus, ex quibus manauit.

Summorum Pontificum antiquos canones plurimos similes habemus, Bonifacij I. Hilario Episcopo Narbonensi, in quo, Clerus, Ordo, & Plebs Lutubensis, petitione sua cessante, conqueruntur Patroclum Arelatensem eis Episcopum ordinasse. Celestinus universis Episcopis per Vienensem & Narbonensem Provinciam constitutis, *cap. 18.* in Cod. veteri Ecclesie: Cleri, Plebis, & Ordinis consensus, ac desiderium requiratur. Leo Magnus acerrimus Nicæni Concilij assertor, in *Responsionibus*, ad *Inquisitiones Rustici Narbon.* *Cap. 1.* Tomo 1. Concil. Gal. pag. 112. & plenius in epistola ad Anastasium Thessalonic. Episcopum, *cap. 32.* 35. & 36. in d. Cod. veteri Ecclesie: qui locus omnino coniungendus cum verbis ultimis *can. 25.* Concilij Chalced. suprà citatis. De persona autem consecrandi Episcopi, & de Cleri, Plebisque consensu, Metropolitanus Episcopus ad Fraternitatem tuam referat; quodque in Provincia bene placuit, scire te faciat, ut ordinationem ritè celebrandam, tua quoque firmet autoritas. Non dedignantur Leges nostræ canones illos sequi, eosque sua autoritate confirmare: *Nouella Theodosij* & *Valentiniani de Episcoporum ordinatione*: Leonis & Maioriani, de *Episcopali iudicio*, & de ceteris negotiis, &c. in Cod. Theodosian. l. 31. & 42. Cod. *Justin.* de Episcopis, & Clericis, sincero omnium iudicio eligendus Episcopus dicitur. *Nou. 6. cap. 1.* *Nouella 123. cap. 1.* & *Nou. 137. cap. 2.* forma eligendi, & Decreti electionis conficiendi prescribitur. Sicut enim inuitus Clericus, vel Episcopus; ita nec inuitis, & non petentibus Populis, debuit ordinari.

Ex illis originibus multa in Concilia Gallicana, antiqua præcipue, translata fuerunt. Taurinense *cap. 3.* Celeberrimum Regense in causa Armentarij, Tomo 1. Conciliarior. Galliæ. Plura exempla suppeditabit Lectori doctissimus Sirmondus, in *Appendice ad Tomum 11. Conciliorum Galliæ, de antiquis Episcoporum Promotionibus.*

Postremis tandem temporibus, in Oriente primò; posteà in Occidente seriùs, Cleri, & Populi consensus reiectus, *cap. 56.* hoc tit. Notauerat Gratianus ad *can. 34. Dist. l xiiii.* Substitutus paulatim assensus Principum, quem post liberam Electionem, Pontifices postrem tantum concedunt, *cap. 14.* & 28. hoc tit. [Sed frustra: obnitentibus contra, & ius suum sedulo & obfirmato animo afferentibus Regibus; nostris præsertim, ut ex S. Ludouici Pragmatica de liberis Electionibus constat, & infra docebimus, ubi de Iure Regio in Electi- nibus.]

Separandum verò diligenter ab Electione Ius Nominationis, Præsentationis, siue Patronatus, quod etiam hodie Laicis competit.

Item notandum, quod ait Gratianus in *dicto can. 34.* in aliquibus Ecclesiis Electionem Episcoporum pertinuisse ad Clericos tantum majoris Ecclesiæ: quod probari ait ex Concilio VII. Nicæno; & in Gangrensi, autoritate Ferrandi Diaconi Carthaginensis in *Breviatione Canonum*: quem locum rectè doctissimus Pithœus notauit corruptum esse, & legendum, *Ex Concilio Septimunicensi, & Macrianensi*. Extat locus integer, apud Ferrandum in *Breviat. canonum, nu. 11.* [Quare rectè in *cap. 3. de Causa poss. & propriet. secundum Statuta Canonum*, Electiones Episcoporum ad Cathedralium Ecclesiarum Clericos dicuntur regulariter pertinere. Vide Molinæi *notam ad d. cap.* Nec tamen Canones, quos ad eum locum Glossa citat, probant solos Ecclesiæ Cathedralis Clericos electionibus Episcoporum interfuisse, remotis reliquis Conuentualium Ecclesiarum Clericis: imò contrarium manifestè probant, vtrosque nimirūm electionibus simul adhibitos.]

Sicut autem Clericorum Matricis, seu Cathedralis Ecclesiæ præcipua est in Electione autoritas, in quâ etiam fieri solet Electio *cap. 28. hoc tit. lo:* ita æquissimum est, de gremio illius Ecclesiæ Episcopum assumi, & reliquis præferri, qui sunt alterius Ecclesiæ, *cann. 11. 12. & 13. Dist. lxi. Decreta Celestini cap. 17. & 18. in Cod. veteri Ecclesiæ Romanae*. Primum enim illi, inquit Celestinus, (propriæ scilicet Ecclesiæ Clerici) reprobandi sunt, vt aliqui de alienis Ecclesiis merito præferantur. Vel si non in ea Ciuitate occurrunt, digni saltem peti debent ex eâdem Diœcesi. Si ex aliâ; petenda est facultas ab Episcopo proprio, *can. 34. Dist. lxiij. vide Hincmarum Remensem Tom. 11. Conciliorum Galliæ, pag. 641. 645. sub finem, & 649.* Aliquando enim iustæ sunt causæ, cur eligatur ex aliâ Ecclesiâ Episcopus, vel Abbas, *cap. 8. de Postulatione, et cap. 13. hoc tit. & hæc de iure ordinario*. Nam extra ordinem, siue de plenitudine potestatis, Pontifices Romani, Episcopos constituendi, vel confirmandi ius sibi reseruarunt: imò & suis Legatis à latere, vel aliis aliquando contulerunt *cap. 5. hoc tit. His omnibus adde Sidonij Apollinaris lib. 4. Epistolam 25. & Hincmari Epistolas pag. 585. & seq. Editionis Pariensis*: ubi plurima ad Electiones Episcoporum Galliæ pertinentia, & ad Cleri, Regis, & Populi autoritatem in dictis Electionibus, tam ex Hincmaro, quam ex aliis, referuntur.

NUNC DE METROPOLITANORVM Electionibus, in quibus etiam Cleri, Regis, & Populi ius idem suprà probauimus, quod in Episcoporum Electionibus. Præterea Comprouincialium Episcoporum consensus requiritur: qui omnes simul, in sedem Metropolitanam conuenientes, qui omnibus præesse debebat, communibus suffragiis eligeant: ei tantum ordinandi Metropolitani priuilegio seruato, quem consuetudo requirebat.

Eligebatur autem ex Presbyteris, vel Diaconis eiusdem Ecclesiæ; vel etiam ex Episcopis Comprouincialibus *cap. 6. de temporibus Ordinationum, & in hoc tit. cap. 9. in 1. Collect.* In fine hæc verba notanda.

Choppinus hoc non obseruato, graniter lapsus est. lib. de *Domanio* pag. 290.

De Metropolitanorum Electionibus.

Illud autem quod de Archiepiscopi Consecratione, Ordinatione, &c. ut in tractatu Ordinandorum. Quibus verbis & cetera, nos remittit ad can. 1. Dist. LXVI. Tractatus enim Ordinandorum incipit à Dist. XXII. usque ad Causam 1.

Patriarchæ autem quatuor summi confirmingant Electiones Metropolitanorum: imò & ordinant, id est, consecrant, vel ex eorum prædictis infra, vbi cepto; eisque Pallium tribuunt, & obedientiam cum iuramento exinde Consuetudinibus, tam sibi, quam summo Pontifici. Quæ Priuilegia, ex Consuetudine & Prinilegiis, paulatim sibi Patriarchæ vindicarunt.

giorum protestate Pontifex vero, vel eius Legatus, Electiones omnium Metropolitanorum Occidentis, qui eius Patriarchatui subsunt, confirmat: quæ probamus can. 10. & 18. Dist. LXII. maximè vero ex his, quæ collegit Antonius Augustinus Epitomes Iuris Canonici parte 1. lib. 3. tit. 1. cap. 4. hoc tit. & cap. 4. supra de Postulatione: vbi sub finem notanda hæc verba: *quamvis honestius videretur, si Suffraganei ad Metropolim suam accederent.*

Observandum etiam summè, Metropolitanos in Africâ, vocatos fuisse Primates, & Primæ Sedis Episcopos, aliquando absolutè Senes. Non enim, sicut in reliqua Ecclesia; ita & in Africa ius Metropoleos Ecclesiasticum, in vnâ aliquâ certâ Civitate Prouincia consistebat: sed inter Prouinciales Episcopos, qui primus ordinatus fuerat Episcopus, ipso iure erat etiam Metropolitanus. Ratio habebatur tantum temporis, quo quis Episcopus fuerat ordinatus, non autem Civitatis. Soli Carthaginensi Ecclesiæ priuilegia multa in reliquas omnes Ecclesiæ Africæ tributa fuerunt. Quænam vero illa sint, doctissimè explicauit primùm V. C. Iacobus Sirmundus in Propemptico lib. 2. cap. 8. Quæ priuilegia nominatim confirmavit Iustinianus, post receptam Africam, in Nouell. 37. & 131. cap. 4. vbi legendum, *Episcopo Iustiniane Carthaginis, totius Africæ Dioceſeos: malè, Civitatis, legitur in versione.* Dioceſis enim nomen, hoc loco, omnes Africæ Prouincias sub se comprehendit; quibus, & vniuerso Concilio totius Africæ, præſesse ait Iustinianus Episcopum Carthaginensem, initio Nouella integræ, quæ habetur in fine Iuliani Nonellarum; cuius tantum Epitome refertur in dicta Nouella 37. Quare rectissimè, secundum hoc ius speciale Africæ, corrigendus est titulus 5. *Nomocanonis Photij, ι, 7 ει Αρχιεπίσκοπος Πειραιῶν;* vbi male *Πειραιῶν:* quem errorem Balsamo retinuit. Primas in Africâ, siue Primæ Sedis Episcopus, is est, qui in aliis Ecclesiis appellatur Metropolitanus, vel Archiepiscopus. Et hi quidem Primates, ut diximus, constituerunt, non secundum potentiam alicuius Civitatis, sed secundum tempus ordinationis. Omnibus tamen totius Africæ Dioceſeos Episcopis præerat Carthaginensis Episcopus: quod totidem verbis expressit Leo IX. Epist. 3. & 4.

Subodoratus est Clarissimus & sagacissimus Nicolaus Faber; cuius notam MS. bona fide exscribimus, ad suppositiam Epistolam cuiusdam Stephani Archiepiscopi, & trium Conciliorum Africæ, ad Damasum Papam de Prinilio, &c. Supposita est hæc Epistola. Nam tempore Damasi nondum Pontifex Romanus, summus omnium Praesulum Pontifex dicebatur, ut supra fol. 12. 14. 18. & infra 113. Item, nulli erant Archiep-

AD LIBRI I. DECRET. TIT. VI. DE ELECT. ET ELEC. POT. 119
piscopi in Africa. Is enim Primas uniuscuiusque Provinciae censebatur, qui consecrationis tempore antiquior erat, ut appareat ex Epistolis Leonis IX. &c. Sicut olim, & nunc, Primates inter Episcopos Provinciales dicuntur, qui tempore ordinationis priores fuerunt. Ad Primum Africanum pertinet Gregorij Magni lib. 1. Epist. [72. &] 75. ex qua sumptus est can. 8. Dist. XII. quem canonem *tomum, localem*, propter ignorationem Consuetudinis Ecclesiæ Africanæ, non intellexerunt Interpretes; & textum corruerunt, hoc loco, *Clericorum ordo deferat*: delenda vox *Clericorum*; ut hic sit sensus. Ad Primum promoueantur in singulis Provinciis, qui priores sunt ordinatio, & tempore Episcopi.

Notandum etiam doctissimum Augustinum in *Epitome Canonum* male inter minores Patriarchas, quos vulgo Primates appellamus, inseruisse *titulum de Primitib. Africæ*. Primas in Ecclesia Africana, appellatur, qui in reliquis Ecclesiis Metropolitanus. Primates autem vulgo dicimus, qui plures sub se habent Metropolitanos, qualis nullus in Africa, *præter Archiepiscopum Carthaginensem*, qui vniuersæ Ecclesiæ Africanæ prærerat. Vide doctissimum Sirmondum lib. 2. *Propemptici cap. 9.* Mira Paradoxa, & planè singularia de Primitibus Africæ, scripsit Abbas Netinus, qui nuper *Notitias Ecclesiæ Siciliensium* edidit. Lege, si ridere velis.

Obseruandum verò, post Electionem Metropolitani, & eius Confirmationem, imò & post Consecrationem; licet Episcopus ea, quæ sunt iurisdictionis habeat, nomen tamen Archiepiscopi usurpare non posse, nec consecrare Episcopos, vel conuocare Synodum; nisi priùs à summo Pontifice Pallij usum obtinuerit, in quo conferri dicitur Plenitudo Pontificalis officij. Præterea in traditione Pallij, solemne iuramentum tenetur præstare Pontifici, *cap. 4. hoc tit.* quod integrum extat in *notis Antonij Augustini, ad veteres Collectiones*, inter omissa, & apud Baronium, *ad annum Christi 1102. nn. 8.* & ex eo, in *Tomo III. Conciliorum, parte 2. pag. 426.* vbi inscriptio aliter se habet: nec mirum. Eodem enim exemplo, ad plures Metropolitanos missam fuisse, varietas inscriptionum indicat.

Reges etiam & Principes, vix admisissé huiusmodi iuramentum in traditione Pallij, quæ dicitur fieri per Apocrisiarios, id est, Responsales Pontificis, *les Nonces*, ostendemus pleniūs, ad *titulum proprium*, *de Vsu, & autoritate Pallij.*

Quamvis autem Metropolitanus, ante acceptationem Pallij, Episcopos non possit consecrare; potest tamen iubere, ut consecrentur à suis Suffraganeis.

Iste enim Iussus est Iurisdictionis, quam habet post Confirmationem Electionis. Et ita Magistratus Populi Romani, quamvis de certis negotiis iudicare ipsi per se non possent, poterant tamen iubere iudicari.

Notandum etiam huic, quod dicitur in *cap. 4.* quod & confirmatur tota *Dist. xvii.* Pontificem robur tribuere Conciliis Generalibus; illis non teneri; &, ut vulgo dicitur, esse suprà Concilium; adversari manifestè Concilia generalia, Constantiense, & Basileense, quæ

non tantum Ecclesia Gallicana amplectitur, sed etiam multa alia Regna. Qua de materiâ vide quæ ad d. cap. 4. hoc tit. diligenter adnotata sunt, in additionibus ad Panormitanum. Qui quidem Panormitanus non nihil immutauit sententiam, quam in Concilio Basileensi defenderat, pro ratione temporis & loci versatilis. Vide hîc *notas Molinæi, & can. si Papa Dist. x l.* attende Glossam cap. 3. de Electione in vi.

Vide in Galli- ad locum. Et certè cum constitutio ista, tam utilis, tanti Concilij, &c. canarum Liber- & quæ nuper collecta Tomo 2. Libertat. Ecclesiarum Gallicanarum cap. 12. tatum tractati- Verum hæc sufficiant in quæstione celebri.

bus in 4. Ho- Nolim tamen Italico aceto perfusos Doctores Sorbonicos, in editio-
tomani libri 1. ne Actorum Concilij Florentini Roma 1638. curante, & adnotante Ho-
pag. 321. & 322. ratio Iustiniano, Bibliotheca Vaticana Custode Primario, qui in Prafa-
tione in Collectionem Actorum, ita censet de Basileensis Concilij sen-
tentiâ: super hac quæstione, assertas ab eis veritates (de Concilio Basi-
leensi loquitur) verius falsitates, de Potestate Concilij suprà Papam,
damnauerit, scilicet Florentinum Concilium, &c. Quod ne per tran-
sennam videatur perstrinxisse, plenissimè tractat in *notis pag. 347.*
Quia tamen Sorbonistarum Clarissimum Theologorum Collegium pro-
uocat; manum de tabulâ. Magistri adsunt, & quidem lacefitti. quid
aliud est, quâm cicadas alis prehendere? Nec proculdubio ei abibit
impunè, Gallis vigilantibus insultare. Agamus quod agimus.

- Ad summi Pontificis Electionem pertinet, c. 6, desumptum ex *can. 1.*

De Electione Conc. Generalis Lateranensis, sub Alexandro III. quod quidem sta-
summi Pontifi- tim, post pacem inter Pontificem, & Fridericum initam, habitum
cis. est. Occasionem præbuit huic Constitutioui perniciosissimum schisma,
quod octodecim annis durauit, aduersus Alexandrum verum & legiti-
mum Pontificem, à viginti tribus Cardinalibus electum. Autoritate
Imperatoris fretus Octavianus quidam insurrexit, Victoris nomine as-
sumpto, qui à duobus tantum, vel tribus Cardinalibus fuerat electus;
cui mortuo, Guido Cremensis, & posteà tertius Ioannes Abbas Stru-
mensis, successerunt. Antipaparum partes securi sunt Germania, &
Italiæ pars maxima, quæ Imperatori adhaerebat. Alexandri partes pri-
mùm Gallia, cuius exemplum plurima Regna secura, Constantinopo-
lis, Anglia, Scotia, & reliquus orbis ferè, vt narrat Continuator Ai-
moini lib. 5. cap. 55. ad quod schisma pertinet cap. 5. hoc tit. & cap.
1. infra de Schismaticis, sumptum ex cap. 2. dicti Concilij Latera-
nensis. Quin & in Galliam confugere Alexander coactus fuit, sicut &
eius Prædecessores, Calixtus, & Paschalis II. Qua de re sic Arnul-
phus Lexouienfis Episcopus scribit ad Archiepiscopos & Episcopos
Angliæ. *Benedictus Deus, qui Ecclesia Gallicana solitam misericordiam
benignus impendit; ut eam semper agnitione veritatis illustret, &c.* Si-
cut enim omnes, quos ad oppressionem Romana Ecclesia, rabida Teuto-
nici furoris prouexit iniuria, virtus altissimi manifestata deiecit; sic om-
nibus, quos deuotio Gallicana suscepit, victoriam semper contulit &
triumphum. Insignes eam in rem due Epistole Theobaldi Cantuarien-
sis Archiepiscopi, quæ inter Ioannis Saresberiensis Epistolas, 44. & 48.
referuntur. Qui quidem Theobaldus Thomæ Cantuariensis decessor
fuit, & in cuius postrema tempora incidit electio Alexandri III. &

AD LIBRI I. DECRET. TIT. VI. DE ELECT. ET ELEC. POT. 121

sub quo etiam in Anglia admissa est. Nam in fine Epist. 44. ait, se fuisse infirmæ valetudinis, & ætatis decrepitæ: quod de Thoma Cantuariensi non potest intelligi ex iis, quæ scripsit Matthæus Paris in Henrico II. ab anno 1159. ad annum usque 1163. Itaque in d. epistolis littera singularis T. Theobaldum Cantuariensem significat, non Thomam, qui successit Theobaldo. In dicta verò 48. epistola. Ita loquitur Theobaldus. *Ecce s̄ia vero Gallicana, sicut nobis veridica relatione innotuit recepit Alexandrum; ab Octauiano recessit. Quod autem ad humum spectat examen, meliori, saniori parti videtur adhæsse: cum omnibus constet, quod persona Alexandri honestior est, prudentior, liberalior, eloquentior, causa eius ab omnibus inde venientibus sincerior, iustior pradicetur. Et quamvis neutrius illorum adhuc nuncium, aut scriptum viderimus; scimus tamen, quia omnes Nostrates, si vester consensus adfuerit, proniores sunt in partem Alexandri. Audiuimus autem quod Imperator vos in partem Octaniani trahere conetur: sed absit ut in tanto periculo Ecclesia, pro amore & honore hominis faciatis, nisi quod crederitis Domino placitum Nec decet Majestatem vestram, si placet, ut in tota Ecclesia Regni vestri superponatis hominem, qui sine electione, et publicè dicitur, sine gratia Domini, per favorem unius Imperatoris, tantum honorem ausus est occupare. Nam tota fere Ecclesia Romana in parte Alexandri est. Incredibile autem est, quod pars illa possit obtinere, prauale per hominem, cui iustitia defit, cui Dominus aduersetur. Eos vero in humili casu praualuisse certa recolimus lectione, quos Gallicana recepit ac fouit Ecclesia: & infelicem exitum eorum, quos tentationis impeius introduxit. Sic obtinuerunt temporibus nostris Innocentius aduersus Petrum, Calixtus aduersus Burdinum, Urbanus aduersus Vibertum, Paschalis aduersus tres, Albertum, Maginalfum, Theodoricum: & multi similiter in diebus Patrum. Quibus ex locis refellitur, quod scribitur in epistola 144. inter Petri Blesensis epistolas, quæ est Eleonoræ Angliae Reginæ ad Celestimum Papam; quod scilicet, cum Reges Francie & Angliae variis ab utraque parte Legationibus tentarentur, cumque Rex Francorum consiliorum varietate, cui Pontifici fauerat, dubius fluctuaret, Henricus Rex Anglia primum Alexandro Papa consensit, multaque cautela Regem Francorum ad easdem partes suis pertraxit consiliis.] Ex [reliquis] Arnulphi, Ioannis Saresberiensis, & Petri Cellensis epistolis historia totius schismatis potest intelligi: potissimum verò ex Radeuico de Gestis Friderici lib. 2. cap. 50. 51. 54. 55. 56. 66. & seq. qui tamen Historicus, Friderici, & Antipapæ Victoris tuebatur partes. Addenda, quæ Baronius, & post illum, Binus diligentissime in Conciliis, ex variis Scriptoribus notauerunt: quibus iunge Guillelmum Neubrigensem lib. 2. cap. 9. & Petrum Blesensem Epist. 48. ad Guillelmum Papiensem Cardinalem; cuius potissimum operâ, pax inter Pontificem, & Fridericum tandem facta est Venetiis anno 1177. Neubrigensis lib. 3. cap. 2. *Auctuarium Aquicinctinum Miræ ad Euscibium*: Edita etiam nuper Lutetiae Parisiorum anno 1632. Historia Concordia inter Alexandrum III. & Fridericum I. autore Felice Conteloro, Bibliotheca Vaticana Custode, ex optimis quibusque Autoribus, & MSS. Codd. diligenter collecta. Ex quibus locis illustrantur & ex-*

plicantur non tantum cap. 5. & 6. hoc tit. sed etiam cap. 1. infra de Schismaticis; quibus benignitas, & Clementia Alexandri III. commendatur. Vide *Gesta ipsius Alexandri III.* ex Cod. Vaticano M S. in fine dicta *Narrationis Concordiae*, inter *Alexandrum III.* & *Fridericum I.* pag. 189. omnino.

Verum, ut ad d. cap. 6. redeamus: in eo ius singulare constituitur; vt Cardinales tantum eligant Pontificem: ille vero legitimè Electus censatur, quem duæ partes elegerint; quamvis olim, sicut in reliquis electionibus maior & senior pars sufficeret can. 10. Dist. LXXIX. Quod si quis à reliquâ tertiatâ parte Cardinalium electus, nomen Pontificis usurpet, ipse & Electores excommunicantur, & deponuntur. Rationem iuris singularis affert: quia à nemine Pontificis Electio confirmari potest, qui si quid dubium occurrat, definire possit: ideoque, non sicut in reliquis Electionibus expectatur Confirmatio; sed statim electus Pontifex consecratur.

Dicitur initio huius cap. super Electione Pontificis prædece^rorum Constituta manu^e, qualia extant in can. 1. Dist. XXII. can. 21. 22. 23. 28. in fine, 29. & seqq. quatuor Dist. LXIII. & tota Dist. LXXXI. & intro Registri Gregorij V II. ante Epistolam, quibus adde Epitamen Antonij Augustini, lib. 1. tit. 5. Et quidem notandum maximè can. 1. Dist. XXII. & iungendus cum can. 1. & 9. Dist. LXXXI. Sumptus est autem ex Concilio Lateranensi, in Basilicâ Constantinianâ, siue Lateranensi Patriarchio habito, præsidente Nicolao II. Huius vero Decreti meminit Petrus Damiani, qui eo tempore florebat, in disceptatione Synodali, inter Regis Aduocatum, & Ecclesiæ Defensorem: & verum & legitimum canonem agnoscit ipse Defensor Romanae Ecclesiæ. Fidem etiam faciunt omnia Gratiani exemplaria. Quin & Innocentium III. verba ipsius canonis referentem, infra inducemus: adeò ut non rectè inspectus videatur illustrissimo C. Baronio. Iunge Acta d. Concilij Lateranensis, edita nuper à Binio, & quæ in notis ex Baronio transcriptis, & Iuonem Parte V. cap. 79. & seq. in cuius inscriptio ne lege in Constantinianâ Ecclesiâ. Anton. August. Dial. 13. lib. 2. de Emendat. Gratiani. Petrus Damiani Epistola 20. lib. 1. & 11. lib. 8.

Ex his omnibus colligimus, ab initio Pontificis Romani Electionem, sicut & reliquorum Episcoporum, fuisse penes Clerum, Populum, & Imperatores.

[Et quidem quodammodo Constantinus Imperator suas partes interposuit in Electionibus Episcoporum, ut ex Eusebio constat lib. 3. de Florus in ex vita Constantini cap. 57. 58. 59. & 60. Sed & ipsorum Summorum excerptis in fine Pontificum electiones, Imperatorum & Magistratuum autoritate firmatas Historiarum monumenta declarant. Electionem Damasi Prætextadi disertè ait, tuis, Præfectus Vrbi, aduersus Vrsicinum, qua pollebat, potestate tu suo tempore tatus est, eiusque schisma repressit, ex Ammiano Marcellino lib. 27. Pontificis electionem liberam Rufino lib. 2. cap. 10. Baronio tomo 4. quibus adde Appendix (od. Th'odos. pag. 86. & 87. Vbi subiicitur Imperat. Gratiani rescriptum. fuisse, & abs Bonifacij vero electionem, excluso Antipapa Eulalio, firmam esse que Imperato iussit atque sanciuit Honorius Augustus, Symmachus Actuarium pag. rum Consultu. 305. et seq. & Baronius ad an. 419. num. 34; & 43. De qua re Gratia-

AD LIBRI I. DECRET. TIT. VI. DE ELECT. ET ELEC. POT. 123
nus in can. 8. Dist. LXXIX. Dist. XCVI. initio & tota Dist.
XCVII.]

Quin Carolo Magno Adrianus I. liberam facultatem Pontificis constituendi dedit: cui iuri Ludouicus Pius renunciasse [quidem dicitur anno Christi 817. sed resumpsit ius suum decennio post, anno scilicet 827. Quod etiam] iterum, translato imperio ad Germanos, Leo VIII. Othoni I. concessit. Quæ, quamuis & à Baronio, & à Binio, vel suspecta, vel falsa dicantur, & primùm à Sigeberto conficta; apud Collectores tamen canonum, etiam Gratiano antiquiores, Adde Syno- & saltem Sigeberto coetaneos, reperiuntur. Et, quod notandum, dum Rauen- Romani Correctores, nihil contra illos canones notarunt. Otho I. nensem, habi- liberam Electionem permisit; nec tamen sequentes Imperatores huius- modi donationem probauerunt, ut colligitur ex Othonis III. Decreto, ne IX. quæ ex- quod ipse protulit in Electione Sylvestri, vocati ante Gerberti, quæ ex-^{tat in fine Epistolarum ipsius, sub nomine antiquo Gerberti editarum: Concil. parte} tom 3. in quo & alia notatu digna continentur. Sequentes Imperatores libe- 2. & Masso- ram Electionem reliquerunt: & tandem ipse Fridericus I. ut constat ex nium in vita Actis Alexandri III. de Concordia inter Alexandrum III. & dictum Joannis IX. Fridericum I. quæ à Baronio primùm publicata, postea nuper plenius edita fuerunt, ex Vaticanis Codic. in historia Concordia supra citata.

Denique Alexander III. hoc nostro cap. 6. ex Concilio Lateranensi, ad solos Cardinales definiuit Electionem Pontificis pertinere: quod pri- mūm inchoatum fuerat sub Innocentio II. sub quo Populus Rom. & Clerus omnino exclusus est ab Electione Pontificis: & ad solos Car- dinales translata est Electio; à quibus, mortuo Innocentio II. primūm Celestinus II. reiectis suffragiis Populi, & Cleri creatus est, quod confirmatur dicta Constitutione nostrâ. Et hæc omnia ex actis publicis, & Scriptoribus illius ævi probauit doctissimus Onuffrius Panuinius in notis ad vitas Innocentij II. Clementis III. & Alexandri.

Commodius etiam visum fuit, Electionis Pontificum formam accu- ratiorem præscribere, & Cardinales Electores arctius constringere, propter magna pericula, quæ ex diutinâ vacatione Sedis, & Cardinalium discordiâ, saepius Ecclesiam turbauerant. Itaque in Concilio Lugdunensi Generali, sub Gregorio X. habitu, primūm dictum cap. 6. hoc tit. confirmatum est; & præterea introducta Conclavis forma, & Electionis solemnia subtilissimè definita in can. 1. dicti Concilij, ex quo sumptum est cap. 3. de Electionibus in vi. qui canon iterum con- firmandus fuit, & declarandus in cap. 2. de Electionibus in Clementinis, sumpto ex Concilio generali Viennensi sub Clemente V. Posteriores enim Pontifices sensim recesserant ab obseruatione & formâ, à Grego- rio X. definitâ: ut constat ex notis doctissimi Onuffrij ad vitas Grego- rij X. Ioannis XXI. & Clementis V. quibus in locis formam Creationis hodiernæ plenissimè exponit: cui iunge doctam interpretationem Ioannis Andreæ ad cap. 3. de Elect. in vi.

Notanda verò maximâ potestas, quam Dominis locorum, vbi fit Electio Pontificis, Concilia tribuerunt: vt Cardinales includant, cos- que compellant in Electionem consentire, & in numerum definitum con-uenire.

Vt autem facilius id fiat, admittuntur suffragia Cardinalium excommunicatorum, interdictorum, vel suspensorum: itemque ut non tantum de numero Cardinalium possit assumi Pontifex; sed etiam ex personis cuiuscunque ordinis, & conditionis, etiam secularis, & laicæ. Præterea non expectantur absentes Cardinales, post decem dies elapsos. Quæ omnia aliter se habent in reliquis Electionibus: sed hoc casu, singulari iure sunt recepta; tnm propter periculum diutinæ vacationis Sedis, tum propter summam autoritatem Electorum. Quâ de re ita eleganter Innocentius III. in Sermone 3. in Consecratione Pontificis. Solet dici carna-

Vide infra, vbi le coniugium, quod est inter virum & fœminam initiatum, ratum, & de Consecratio- consummatum: initiatum in despousatione, ratum in consensu, consumma- ne in pr. & cap. tum in copulâ: sic & spirituale coniugium, quod est inter Episcopum, & vlt. §. porro, ut Ecclesiam, Initiatum dicitur in Electione, ratum in Confirmatione, con- lite non contes- summatum in Consecratione. Illud autem coniugium, quod ego sponsus tata extra.

(de seipso loquitur Innocentius) cum hac meâ sponsâ contraxi, simul fuit initiatum, & ratum; quia Romanus Pontifex cum eligitur, confirmatur; & cum confirmatur, eligitur. Nonne recolitis, quod de ipso legistis in canone, quoniam electus, sicut Papa verus, autoritatem obtinet regendi Romanam Ecclesiam, & disponendi omnes facultates illius? Designat Innocentius III. Canonum peritissimus, can. 1. Dist. xxi. verba ipsa usurpat autor canonis Nicolaus II. in Concilio Lateran. ut suprà probauimus.

N V N C D E A B B A T V M, vel Priorum, & Abbatissarum Electio-
De Abbatum, nibus agendum; ad quas pertinent, cap. 10. 13. 16. 28. 37. 38. 47. 49. & Priorum, & Ab- si. hoc tit. In constituendis huiusmodi personis, progressus iuris obser- batissarum Elec- uandus est, qui fuit huiusmodi.
tionibus.

Primit Ecclesiæ temporibus, Monasteria, & Monachi, in omnibus erant subditi Episcopis, qui plenam, tam in personas, quam in bona Monasteriorum potestatem habebant. Abbates, Piores, Abbatissas instituebant; indignos remouebant, & emendabant Monachos & Moniales, can. 4. & 8. Concilij Chalcedonensis: Septimæ Synodi, can. 13. & 17. c. in. 12. **Causa xvi.** Quæst. I. can. 1. 8. 11. 12. 13. 28. 29. 30. & vlt. **Causa xvii.** Quæst. II. Antonius Augustinus *Epitomes Iuris Cano- nici* parte 1. lib. 9. tit. 43. 49. 60. & 61.

Paulatim verò, Regibus exigentibus & Principibus, vel aliis fundato- ribus, cœperunt Monasteria eximi in Fundatione ipsâ, ab Episcopis Diœcesanis, causâ cognitâ, & saepius ad id conuocato Concilio. Et quidem, in primis istis Exemptionibus libera Electio Abbatis Monachis permittebatur, & dispositio bonorum Monasterij. Electus tantum praesentandus erat Episcopo benedicendus, & installandus: & in installatione Episcopo obedientiam promittebat solemniter, & in scriptis, ut infrà dicemus. In reliquis omnibus manebat integra atque illibata iurisdictio & autoritas Episcopi, secundum dispositionem Iuris com- munis.

Postea à Pontifice Romano Exemptiones concedi solitæ fuerunt, adhibito tamen Episcopi consensu. Notandum autem aliquando Episcopos specialiter expressisse in Chartis Exemptionum, quænam iura sibi potissimum reseruarent. Exemplum insigne habemus, in Chartâ Fun-

AD LIBRI I. DECRET. TIT. VI. DE ELECT. ET ELEC. POT. 125
dationis simul, & Exemptionis Monasterij Andrensis; cuius fit mentio
in cap. 8. *suprà de Consuetudine*. Charta extat apud Aubertum Miræum,
in in diplomatis Belgicis lib. 2. cap. 23. his verbis. *Electus autem,*
Episcopo Teruanensi consecrandus præsentetur, à quo suscepta benedictione,
ei debitam promittat subiectionem; excommunicatos nostros, aut paeniten-
tes minime recipient; oleum cum Chrismate, à nobis, per se acci-
piant.

Procedente tempore, Pontifices soli, irrequisitis Episcopis, Exemptions plarimas concederunt, sub diuersâ formâ; aliquando adeo prolixas & amplas, ut per omnia ab Episcoporum iurisdictione & potestate soluerentur; eásque non tantum in fundatione, sed etiam postea, cùm libuisset.

Qui autem plenissimum ius Exemptionis habent, in speciales Ecclesiae Romanæ filios accepti dicuntur, & nullum Episcopum habere, præter Pontificem Romanum cap. 4. *de Parochiis*, & alienis Parochianis, in 1. *Collect.* vulgò dicimus, immediate, sine ullo medio subiecti Pontifici: quod sæpiùs ægre tulerunt Episcopi. Quam in rem insignis est locus apud Glabrum Rodulphum lib. 2. cap. 4. Itémque vide querelas Cantuariensis Archiepiscopi, apud Petrum Blesensem, Epist. 68. ad *Alexandrum III.* Iuonis epist. 36. & 195. aduersus Goffridum Vindocinensem; Bernardum lib. 3. *de Consideratione ad Eugenium*, & Epist. 42. ad *Archiepiscopum Senonensem*.

Huiusmodi verò Abbates Episcopi vocare solebant *Acephalos*; quorum aliqui professionem Obedientiæ, quæ debetur Episcopis, tam ab Abbatibus, quam Abbatissis, denegare solebant in Benedictione; cu- De Benedictio-
ius professionis forma proponitur in cap. ne *Dei Ecclesia*, extrà de Si- ne Abbatum in-
monia. Omnino vide Goffridi Vindocinensis Epist. 7. & 27. & notas fra, vbi de Cōse-
doctissimi Sirmundi: Petrum Cellensem Epist. 3. lib. 1. Et Antonium cratione & Be-
Augustinum, locis *suprà* citatis. nediotione §. de
Benedictione ve-

rò. Quod si eam denegent Episcopi absque causa, compelluntur autoritate regia; nullo dato vel accepto. Insigne exemplum apud Ordericum Vitalem lib. 9. *Hist. sue*. Vide Autorem *Libelli, de la puissance Royale* pag. 48. & 49.

Colligitur ex his, à longo tempore, Electiones Abbatum, & Abbatissarum, ab Episcopis ad Monachos & Monachas translatas fuisse; Confirmationem solam, vel Benedictionem Episcopo Diœcesano relictam: quod & probant, can. 1. 2. 3. & 4. *Causa xviii.* *Quæst. II.* quibus iunge l. 40. & 47. *Cod. de Episcopis & Clericis, Nonellas* 5. cap. ult. & 123. cap. 31. Ex quibus etiam constat, non habitâ ratione ætatis, seniores, sed probos, & exercitatos in monasticâ disciplinâ, esse eligendos. Quare qui in regulâ péritus non est, qui professus non fuerit, qui non eiusdem ordinis, si eligatur, electio nulla erit: etiam non obstante contraria consuetudine, cap. 27. 37. 38. & 49. hoc tit. & cap. 28. *de Electionib. in vi.*

In d. vero ca. 37. hoc tit. pro *Louxouensi Abate*, lege *Louxouensi*, *Abbé de Lusseul*, in Comitatu Burgundiæ. Eiusdem cap. verba hæc subobscura, Cum nullam spem, vel promissionem habens, ut Abbas fiat, dicitur monachari, &c. Rectè versio Gallica vetus: *Car il deut denenir*

Adde can. 20.
xxvi. Q. viii.

Moine , sans auoir nulle esperance , ne promesse d'estre fés Abbé.

Quamuis autem huiusmodi personæ non possint eligi ; causâ tamen cognitâ , à superiore possunt postulari , cap. 13. hoc tit. vel etiam propter vtilitatem Ecclesiæ Pontifex , super huiusmodi Electione dispensare potest , cap. 38. hoc tit.

Eligendus verò ex gremio Ecclesiæ vacantis peti debet potissimum ; non ex altero Monasterio , licet eiusdem ordinis ; nisi de consuetudine . Quibus iunge can. 3. 4. 5. xviii. Quest. 11. & omnino Epistolam 13. lib. 14. Registri Innocentij III. & notas.

Electioni autem interesse debent Monachi , vel Sanctimoniales Monasterij illius , in quo Superior desideratur ; non verò alterius Monasterij : imò nec admittuntur , qui ex illo Monasterio in aliud Monasterium transferunt ; quibus ne in transitu quidem licet hoc ius sibi recipere cap. 47. hoc tit.

Laici penitus excluduntur ab Electione Prælatorum , non tantum in Ecclesiis Conuentualibus vel Monasteriis , sed etiam in Collegiatis : & eis tantum , licet sint Patroni , assensu relinquitur Electioni iam factæ , cap. 51. & 56. hoc tit. & cap. 25. de Iure Patronatus . Vbi illa verba notanda . *Nisi aliter de sua iurisdictione obtineat (Patronus scilicet) , id est , nisi in ipsâ fundatione expresserit Patronus , & conuenerit nominatio n , vt Electioni interesset ; vel etiam , quod amplius est , nisi ius præsentandi & nominandi Prælatum exceperit . Quod postea confirmabimus : prius enim huc pertinens , capit. 51 species intelligenda est.*

Infra vbi de Electione per scrutinium §. exceptis.

In Catalogo Cœnobij Cluniacensis , qui nuper à diligentissimo viro , in Bibliothecâ Cluniacensi , bono publico editus est , inter Prioratus subditos immediatè Cluniacensi , sub titulo *de Provinciis Angliae & Scotiae* , Prioratus memoratur sancti Pancratij Leuuensis , Cicestrensis Diœcesis , in Angliâ : *Quæ* , vt in dicto Catalogo dicitur , de quinque filiabus secunda filia : & videatur super hoc quedam Pronisio facta p:r Abbatem Bertrandum anno 1298. de dicto Prioratu ; in quâ institutione Prior sancti Pancratij Leuuensis iurauit sibi plura : licet dicta Compositio hodie sit renovata per Decretalem , Sacrosancta Ecclesia , de Electionibus in Authentico : et constat etiam , per Litteras Apostolicas , quas habemus . Et in Statutis eiusdem Bertrandi pag. 1585. Bibliotheca Cluniacensis , tertius locus inter Piores adsignatur Priori Leuuensi , post Priorem Claustram Cluniensem pag. 1585. Eiusdem ad Generale Capitulum conuocati excusatio habetur in eadem Bibliothecâ , scripta anno 1259. vbi se vocat Priorem sancti Pancratij de Leunes . Imò & in quodam priuilegio concessso ab Honorio II. Petro Venerabili , anno 1125. inter Prioratus subditos Abbat Cluniacensi , Cella sancti Pancratij de Leunes , qui aliquando præcisè , *Prieur de Leunes* , appellatur , Thomas de Valsingan sub Richardo II. pag. 1909. Ex quibus testimoniis constat Compositionem , de qua hoc nostro cap. agitur , cuius est autor Gregorius IX. multis annis post fundatum Monasterium , factam fuisse , vna cum Patrono , nempè anno 1298. Fundatum enim fuisse à Guillelmo Vvarenniæ Comite in Provincia Sussexia Camdenus in *descriptione Britannica* refert . Vide Rogerum Houedenum pag. 590. in fine . Vnde in

AD LIBRI I. DECR. TIT. VI. DE ELECT. ET ELEC. POT. 127
hoc cap. 51. Comite de Vvarennia, legendum. Vetus versio Gallica, à le
Comte d: Varenne; id est, cum Comite, &c.

Quare non pugnat cum dicto cap. nobis de Iure Patronatus. Et sanè, re-
iectis solutionibus reliquorum Interpretum, vera videtur Goffredi sen-
tentia, quam ad hoc cap. 51. refert Ioannes Andreas: in Prælati Elec-
tione in Collegiatâ, vel Conuentuali Ecclesiâ, interesse, et habere ius suf-
fragij Patronum; vel etiam quod maius est, Ius Nominationis, et Presen-
tationis Prælati; etiam Laicum, Regem, seu Principem, aut quemlibet
alium: dummodo hoc ius sibi vindicet, ex vi priuilegij in fundatione con-
cessi. Quod idèò receptum, vt facilis Laïci inuitarentur ad fundandas,
& dotandas Ecclesiæ: cuius rei insigne habemus exemplum in Epist.
21. lib. 13. et 192. lib. 15. Registri Innocentij III. iuncto can. 4. XVIII.
Quæst. 11. ibi: possessionis dominus poscerat.

Nec multum ab eâ sententiâ recedit Ostiensis, qui hæc verba dicti
cap. nobis: de sua iurisdictione, ita explicat, id est, Priuilegio à Papa
concesso: nullum enim alium ait tale priuilegium posse concedere. Itaque
tutius est, vtrumque coniungere, reservationem primùm in fundatio-
ne exprimere; & postea confirmationem à Pontifice obtinere; sicut
in dictis duabus Epistolis Innocentij. Quamvis stricto Iure ex his, quæ
diximus, sufficiat expressio priuilegij in fundatione, comprobata à
Dicesano; sine cuius consensu notum est, Ecclesiæ, Monasteria, &
Oratoria non posse construi.

Posteaquam vero fundatæ fuerunt Ecclesiæ, & dotatæ, non amplius
permittendum hoc priuilegium, etiam Patrono; nisi fortè super hoc,
priuilegium speciale à Pontifice impetraverit, ex sententia Ostiensis.
Quare Glossa ad hoc cap. 51. male improbat generaliter Consuetudinem
Bononiensium; quâ qui Patroni sunt, eligere dicuntur Prælatum in
Collegiatâ Ecclesiâ, vna cum Clericis: quod iure licet, si Patroni in
fundatione ius illud retinuerint.

Aliud in Præbendis, Rectoriis, & Capellis, in quibus ius habet no-
minationis & præsentationis Patronus, ipso iure, ex fundatione; quam-
uis nec in continenti, nec ex interuallo, ius illud excepere.

Quod autem regulariter consensus Patroni Laïci requiri dicitur post
Electiōnem: ne inutilis sit assensus; si dissentendi justas causas habeat
Patronus, meritò audietur contra Electionem: quæ est sententia doctissimi
Ostiensis; cuius verba notanda. Quia, si à Principe temporali
temporalia teneat, & suspectus est, vel Infidelis; meritò audietur; sicut in
illustris Regis Anglia priuilegio continetur. Idem videtur, & si temporalia
non teneat. [Adde Innocentium IV. in cap. super his de accusationibus
in verbo excludatur. Ostiensem eod. tit. num. 5. & Iuonis Epist. 61. 161.
aliquorum, Episcoporum scilicet, quia conciones Regum nondum consecuti
fuerant, Consecrationes distulisse, scilicet summos Pontifices. Iunge
can. Agatho & seq. Dist. LXXI. & infra, ubi de iure regio in Electio-
nibus.] Quod ius commune est in Electionibus Episcoporum, & Abba-
rum: in quibus assensus Regius requiritur, post electionem factam,
cap. 14. 18. & 28. hoc tit. Imò non tantum assensum, sed etiam consen-
sum iure desiderari, non autem abusu, contra quod dicitur in dicto
capitulo 28. initio huius tractatus indicauimus, & in fine pluribus confir-
mabimus.

Eligere autem non tantum Laici prohibentur : sed etiam Monachi, vel Clerici excommunicati, interdicti, vel suspensi, eligere; nec eligi possunt, *cap. 16. et 38. hoc tit.*

Itemque Electiones contra priuilegia Ecclesiarum, vel formam in fundatione Ecclesiae præscriptam factæ, non valent *cap. 27. hoc tit. in Antiquâ, et cap. 8. de Consuetudine.*

Supra tit. de Postulatione initio §. definiri potest.

Notandum autem tam in Electionibus Episcoporum, quam Abbatum, non tantum assensum simplicem, sed consensum Regum nostrorum interuenisse: imò sæpè ab eis, facultatem eligendi petitam fuisse, tam in ordinandis Monasteriis virorum, quam foeminarum: & ad hanc materiam pertinent *d. cap. 51. et 56. hoc tit. & in cap. 10. in Antiqua hæc verba notanda: quamquam Rex penitus inficietur violentiam, & in cap. 34. ibi, Patriarcha, vel Princeps.*

Vide infra vbi diligenter notauit statim in *Præfat. Historia sua*, diligentissimus scriptor *de Regis Anglie* Eadmerus; & Ioannes Saresberiensis *Epist. 227. in electione Prioris Can-Iure in Electio-nibus. & Orde-ricum vitalem Hist. Eccles.lib. 3. ad an. 1059.* fine huins tit. vbi de Inuestituris.

** Nec tantum de Ecclesiasticis Electionibus, sed etiam de Electione & Consecratione Imperatoris, in celebri cap. 34. hoc tit. & de Electione Senatorum Romanorum in ca. 17. hoc tit. de Electione in vi tractatur.*

* *De Electione Imperatoris.*

Vt autem intelligamus sententiam dicti *cap. 34.* repetendum est factum ex historiâ. Mortuo Henrico V. Imperatore & Rege Siciliæ, grauis inter Electores orta est discordia. Alij Philippum, Fratrem Henrici, Ducem Suaviæ; alij contra Othonem, ex Saxoniæ Ducibus ortum, elegerunt in Regem Romanorum. Ad controvësiam dirimendam Innocentius III. Legatos duos in Germaniam, Sutrinum Episcopum, natione Germanum, & Abbatem sancti Anastasij Cisterciensis Ordinis: quibus in mandatis dederat, vt de Electionis formâ, Electorum personis, & de toto negotio diligenter inquirerent; quæ deinde omnia fideliter Pontifici insinuarent. Vnde notandum, quod & in *hac Decretali* Innocentius III. expressit, nullam iurisdictionem, & potestatem, Pontificem dedisse Legatis; sed tantum inquisitionem. Huius mandati fines cum egressus fuisset Sutrinus Episcopus, grauiter ab Innocentio III. punitus est, & in Monasterium detrusus, vt nominatim dicitur in *Gestis Innocentij III. pag. 9.* Electores verò Philippi tres Legatos ad Innocentium misserunt, qui nominantur in *integrâ Decretali*; quibus coram Pontifice auditis, & plenâ cognitione causæ habitâ, improbata fuit Electio Philippi, propter rationes, quæ sigillatim enumerantur in *hac Decretali*, scriptâ ad Bertoldum Ducem Zaringiæ; qui conuentu habito Coloniae, à quibusdam Electoribus in Regem Romanorum electus fuerat: cui tamen iuri renunciauit, & in gratiam rediit cum Philippo. Ad hunc itaque Bertoldum scribit Innocentius III. tentans eum dimouere à tuitione Philippi: ideoque cum absoluit à iuramento fidelitatis,

litatis, quod præstiterat. Eo colore, ad obtinendum Imperium Philippo indigno iudicato, atque remoto à Pontifice, amplius Bertoldus non videbatur teneri religione sacramenti, quod non ratione personæ Philippi, sed ratione Regni præstiterat. Sed re verâ, nunquam Reges & Principes admiserunt hoc licere Pontifici.

Tertius Otho, vt diximus, eligitur in Regem Romanorum Coloniæ, à Coloniensi Archiepiscopo, Argentinensi, & quibusdam aliis Principibus, tam Ecclesiasticis, quam secularibus; qui ægrè ferebant se in Electione Philippi fuisse contemptos. Electus est Otho anno 1198. cum adhuc in Angliâ versaretur, procurante & promouente huiusmodi Electionem Richardo I. Rege Angliæ, Othonis avunculo.

Post Electionem, vtérque Aquisgranum, sedem Imperij festinauit. Prior urbem occupauit Philippus; ex quâ subito pulsus ab Othono, qui in eâ ab Adulpho Coloniensi Episcopo, ritè & solenniter, maiorum more, in Regem Romanorum coronatus est; sicut in hac Decretali exprimitur.

Scissum itaque, & diuisum est imperium. Schisma pluribus annis durauit. Pars Principum Germaniæ Philippum, & Gallia vniuersa: pars altera Germaniæ, Anglia, & ferè totum Belgium sequebantur Othonem: imò & ipse Innocentius III. Quare historici Angliæ, & Italiæ sunt propensiores in Othonem, vt constabit satis, si examinentur ea, quæ scripserunt Rogerus Houedenus pag. 776. 794. Matthæus Paris pag. 184. & 191. & ex eo Matthæus Vvestmonasteriensis pag. 261. & 263. quibus iunge omnino Gestæ Innocentij III. pag. 9. & 10. vbi & enumerantur, qui vel partes Othonis, vel Philippi seculi sunt. Contra plurima reperies, quæ ad causam Philippi firmam-dam pertinent apud alios Scriptores, Rigordum in *Gestis Philippi Augusti* pag. 200. 207. 209. maximè apud Abbatem Vrspurgensem pag. 318. 319. & 323. in vita Henrici VI. Philippi, & Othonis IV. vbi & nominatim istam Decretalem refert: non quidem ex *Compilatione Decretalium Gregorij IX.* quâ hodie utimur; sed ex antiqua collect. 111. & eam diligenter excutit. Vnde recentiores omnia ferè exscripserunt, Trithemius in *Chronico Hirsaugiensi*, & Cuspinianus.

Remoto itaque Philippo, imò & excommunicato, coronatus est Romæ Otho, ab Innocentio III. anno Christi 1210. contra voluntatem Philippi Regis Francorum, pro maximâ parte Romanis contradicentibus, & multis de magnatibus Imperij non assentientibus: quæ sunt verba Rigordi, in *Gestis Philippi Augusti ad annum 1210*.

Nec serò, sed statim Innocentium III. pœnituit. Nam eodem anno contra Iuramentum, quod Innocentio solemniter, vt moris est, in coronatione Otho præstiterat de tuendâ & defendendâ Ecclesiâ, cuius specialis Filius, & Aduocatus appellari solet Imperator; occupauit non tantum patrimonium sancti Petri, sed etiam patrimonium Friderici Regis Siciliæ, cuius tutor Innocentius fuerat à Matre constitutus. Quare ab Innocentio III. in Concilio Romæ habito, anno 1210. excommunicatus est, & depositus.

Postea, vt Rigordus loquitur, Alemaniæ Barones, mediante consilio Philippi Augusti, elegerunt Fridericum II. filium Henrici VI. anno

Vide tomum 2.
Hist. Leodiensem Episcoporum pag. 166. & 167. & maximè pag. 179. 183. & 197. vbi de excommunicatio-ne Philippi, & cœde Alberti Leodiensis Episcopi.

1211. quem antea, adhuc patre viuente, infantem & bimam Principes Germaniae penè omnes, assumperant in Regem Romanorum, & ei fidelitatem iurauerant; inter quos Philippus eius Patronus: cui propterea periurium in hac Decretali verè obiicitur; quod & Glossa non ignorauit. Vide Abbatem Vrsperensem in *Henrico V. sub finem*, maximè pag. 326. & 327. Rigordum de *Gestis Philippi*, ad annum 1210. & seqq. *Chronicon Antissiodorensis* pag. 107 & *Gesta Innocentij III.* pag. 8.

In hoc verò capitulo Celebri reprobat Electionem Philippi: non propter aliquod vitium Principum Germaniae eligentium, quibus ius eligendi competere agnoscit, & culpâ caruisse in eligendo; sed propter notoria impedimenta personæ Philippi Electi, quæ diligenter enumerat. Primò, contempti multi fuerant ex Electoribus, ut supra attigimus. Deinde Philippus excommunicatus fuerat à Celestino prædecessore Innocentij, propter inuasionem & deuastationem, tam Apostolici patrimonij, quam Friderici II. Cuius excommunicationis fit mentio in *Gestis Innocentij III* pag. 9. & 10. & apud Vrsperensem locis citatis, maximè pag. 319. Idem erat periurus; quia, ut diximus, contra fidem datain filio fratri Henrici, se curauerat eligi. Præterea, quod additur in integrâ, *Marcuardo*, sive *Marcnaldo*, excommunicato sene piùs à Pontifice, vtebatur; & eum fouebat: quamuis & Pontificem, & pupillum Fridericum opprimere conaretur, ipse licet beneficio Friderici ad summos honores prouectus, Vrsperensis in *Henrico VI.* & *Gesta Innocentij* pag. 10. & seq. Postremum, quam rationem facit plurimi Innocentius III. ius Electionis periturum, ait, si ex una & eadem domo, aliquis semper ad Imperium assumeretur: ita enim fieret, ut potius ex successione, quam ex electione deferretur. Certum autem erat Friderico I. Henricum successisse eius filium, cuius frater Philippus electus fuerat. Idem tamen ex post facto contigit. Nam deposito Othono, in eius locum substitutus est, atque coronatus ab Innocentio III. filius Henrici Fridericus II. non sine difficultate; quia Innocentius progeniem illam non amabat, vt ait Rigordus loco citato, & Vrsperensis pag. 319. qui Vrsperensis tamen plus æquo fauet Philippo. Edoctus nempè Innocentius iniuriis & vexationibus, quas non tantum Ecclesiæ, sed etiam vniuersæ Italæ illa progenies intulerat, eam meritò oderat. Quare statim initio Pontificatus sui coniurationi Ciuitatum Italæ aduersus Germanos fauerat, quæ inter se coniurauerant: *Quod nullum in Imperatorem, & Regem recipi*rent, nisi quem Romanus Pontifex approbasset, pag. 5. & 8. *Gestorum Innocentij*: Enumeratis autem iniuriis acceptis à quatuor Imperatoribus ex illa domo, ideo Philippum reprobat, quod de genere Persecutorum dicat eum progenitum. Additur & illa ratio in integrâ Decretali: *quod Philippus non ubi debuit, nec à quo debuit, coronari & uacionem accepit*. Coronatus fuerat non Aquisgranis; sed Moguntiæ: nec à Coloniensi Episcopo; sed à Tarantasiensi, *Gesta Innocentij supra ciuitata*, & Vrsperensis. Postea verò idem Philippus, reconciliatione factâ cum Adulpho Coloniensi, iterum ab eo Aquisgranis coronatus est; Vide *Chronicon Hirsangiense* pag. 216. & seqq. Idemque Vrsperensis in vita Philippi refert pag. 322.

AD LIBRI I. DECRET. TIT. VI. DE ELECT. ET ELEC. POT. 131

Rectissimè autem ex *hoc Decretali*, & aliis authenticis scriptis, ad eam pertinentibus, contrà vulgarem sententiam colligit Baronius, Electorum numerum septenarium, post Innocentium III. inductum fuisse. Multò enim plures memorantur Electioni Philippi, vel Othonis, interfuisse.

Hunc verò progressum obseruat in eligendo Imperatore: omnes Imperij Magnates & Vassallos maiores fuisse adhibitos, siue Germani forent, siue alterius nationis. Primus Otho III. & Gregorius V. ambo Germani, ad solos Germanos ius eligendi transtulerunt; nullo tamen certo numero Electorum definito: quem tandem conicit, vel ab Innocentio IV. in Concilio Generali Lugdunensi, vel ab Alexandro IV. ad septenarium numerum reductum, *ex prætaxatione Principum*, atque eorum consensu. Vide eundem Baronium *tomo 10. num. 38. & 39. ad annum Christi 996.* in accuratissimâ tractatione, de *Electoribus, contra librum Matthiae Flacci Illyrici, de Translatione Imperij ad Germanos.* Sententiam Baronij de forma eligendi Imperatoris confirmat omnino Rogerius de Queden, pag. 776. 795. & 802. ex quibus locis constat, omnes Alemaniæ Magnates Electioni Imperatoris interfuisse. Imò Rex Angliæ, vt idem refert, tanquam præcipuum membrum Imperij, ad eligendum vocatus fuit, & Legatos misit: eoque procurante, quod indicauimus, Otho ex Electis coronatus fuit.

Obseruare operæ pretium est, quod Innocentius III. adiicit nimis præcisè, de Translatione Imperij à Græcis ad Germanos, *omisisse Gallorum mentionem*: apud quos, & à quibus constitutum est Imperium in Occidente. Itémque quod ait, de summâ potestate, in confirmandâ, vel reiiciendâ Electione, & de Depositione Imperatorum, & Absolutione à Iuramento Fidelitatis: quamuis confirmari videatur *can. 4. alias, xv. Quæst. 6. & can. tibi duo, Dist. xxxiiii.* & recentioribus *Decretalibus*, maximè *cap. 1. de Iureinrando, in Clementinis.* Galli enim, Germani, & plerique omnes, testimonia Pontificum, tanquam in propria causa refutarunt: & sibi ius Electionis Germani vindicarunt; spreto aliquando Pontifice. Quæ præcipua causa fuit reiiciendi Philippi, vt constat ex *Epist. 1. lib. 3. Registri Innocentij III. quam refert Bzouius tomo 13. ad annum 1199. num. 23.*

Falsissimum verò, quod Glossa, & plerique Interpretes Iuris Canonici notant ad *hoc cap. omnes Reges Imperatori subesse.* Si enim quosdam excipias, quorum Regna, tanquam Feuda, ab initio subiecta fuerunt Imperio; reliqui omnes, suo iure, & virtute propria nituntur, à Deo nullo mediante, nec Pontifice, nec Imperatore, [constituti.]

Quod quidem de Regno Galliæ Interpretes Iuris Canonici, quamvis addicti Decretalibus, agnoverunt. Eaque ratione potissimum confirmatur; quia ipsum Imperium à nostris Regibus fuit constitutum: quibus ademptâ parte, id est, Imperio ad Germanos translato, reliquum saltem, iure optimo maximo retinuerunt, sicut pluribus authen-

ticis scriptis confirmauit nuper Collector tom. 2. *Libertatum Ecclesiae Gallicanae* cap. 4. & 17.

Quatenus verò dicitur in *Antiqua*, Philippum non fuisse coronatum Aquisgranis, ubi, & à quo debuit, confirmatur priuilegium Coloniensis Archiepiscopi.

Itémque, quod de examinatione Coronandi in Imperatorem dicitur, singulare est. Quamvis enim reliqui Reges vngantur, & coronaentur; nihilominus tamen non pertinet ius examinandi ad Episcopos, quibus ex priuilegio, vt deinde dicemus, Ius coronandi competit. Ratio Iuris singularis assignatur in hac *Decretali*: *Quia*, nempe, Pontifices sibi tribuunt Ius & potestatem Imperij transferendi, sicut in dicti Epistoli Innocentius III. significat his verbis. *Verum ad Apostolicam sedem, iampridem fuerat recurrendum: ad quam negotium istud principaliter, & finaliter dicitur pertinere: principaliter, quia ipsa transtulit Imperium, ab Oriente in Occidentem; finaliter, quia ipsa concedit Coronam Imperij.*

In integrâ *Decretali* mentionem factam notauimus loci, ubi Electus coronatur in Regem Romanorum, nempe Aquisgranis, & à Coloniensi Archiepiscopo. Deinde iterum Romæ, vel alio etiam loco, iussu Romani Pontificis ab Ostiensi Episcopo consecratur: & postremum Pontifex ipse coronam imponit. Vide Abbatem Vesperensem, in *Coronatione Friderici II.* facta ab Honorio III.

Idem etiam Mos in plerisque aliis Regnis obtinet; vt nempe certæ alicui Ecclesiæ ius consecrandi Reges competit.

In Galliâ hoc Ius sibi vindicat Remensis Ecclesia: & à Clodouæ reperit. Si alibi, vel ab aliis Episcopis præsumatur Coronatio, inhibitorias litteras à Pontifice solet impetrare, ad Ius suum conservandum. Quibus tamen non obstantibus, saepius Reges nostri, publicâ utilitate flagitante, alibi, & ab aliis Episcopis, se consecrari curauerunt. Questio doctissimè tractata est ab Ivone Carnotensi aduersus Remensem Ecclesiam, in Coronatione Ludouici Grossi, qui à Daimberto Senonensi Archeepiscopo, & eius Suffraganeis, Aurelianis, ante altare sanctæ Crucis vncutus & coronatus est; dictante potissimum sapientissimo viro Ivone Carnotensi: cuius extat eâ de re Tractatus, inter Epistolas, num. 189. cui iunge Epistolam 13. & notas; itémque Sugerium in vita Ludouici pag. 107. *Chronicon Antissiodorensis* ad annum 1154. Andream quemdam Historiæ nostræ veterem Scriptorem, & Continuatorem Aimoini lib. 5. cap. 50.

Idem Ius in Angliâ Cantuariensi Archiepiscopo competit: cui similiiter aliquando derogatum: [& quidem à Guillelmo I. Conquæstore: de quo sic Eadmerus Hist. Nonorum lib. 1. initio. In Nativitate Domini vncutus est in Regem apud Vest-monasterium à beata memoria Ealdo Archiepiscopo Eboracensi & nonnullis Episcopis Angliae. Quam consecrationem licet ipse Rex & omnes alij optimè nossent debere specialiter fieri & proprie à Pontifice Cantuariensi: tamen quia multa mala & horrenda crimina prædicabantur de Stigando, qui eo tempore ibi Pontifex erat; voluit eam ab ipso suscipere, ne maledictionem videretur induere pro benedictione.] Ex Auselmo Cantuariensi exulante; à Thoma Eboracen-

AD LIBRI I. DECRET. TIT.VL DE ELECT. ET ELEC. POT. 133
si Henricus I. coronatus fuit; Anselmus *Epistola* 90. Henricus etiam
II. filium suum Henricum III. in Regem Angliae coronari voluit,
apud Vest-monasterium, à Rogero Archiepiscopo Eboracensi, in Pro-
uincia Cantuariensi; qui &c idè ab Alexandro III. excommuni-
catus fuit: & qui cum eo coronationi interfuerunt Episcopi, partim
excommunicati, partim suspensi. Quod quidem ius, cum Thomas
Cantuariensis acius urgeret, utriusque odium incurrit; eaque inter
cædis causas præcipua memoratur. Quam in rem vide Matthæum Pa-
ris pag. 117. Rogerium Ouedenum pag. 518. 519. & seqq. Ioannem Sa-
resberensem *Epist.* 277. & 280.

Idem Priuilegium in Hungaria Strigoniensi Archiepiscopo competit,
Epist. 156. lib. 14. *Registri Innocentij III.*

Trinouitano Archiepiscopo in Bulgaria, & Blachiæ concessit Inno-
centius III. cuius priuilegium extat in eius *Gestis* pag. 60.

Pro arbitrio tamen Regum, vel rebus ita suadentibus, ab aliis
Episcopis, & alibi potest Consecratio celebrari. Eadem ratione Bela
Rex Hungariae ab Archiepiscopo Colocensi coronatum fuisse tradunt,
Innocentij III. *Gesta* pag. 67. Quare prudenter in Legibus Regni
Sueciæ additum: quamvis Rex Vpsalia soleat coronari, alibi tamen,
si necessitas urget, posse lib. 2. *Legum Suec.* cap. 7. Nec enim per co-
ronationem Regum, eorum præcipue, quibus, non Electionis, sed
Successionis iure, regna deferuntur, aliquod Ius conferri, rectè Iuo-
Carnotensis, initio *Tractatus* sui, insinuat: sed tantum obsequium &
reuerentia, Deo & religioni exhibetur.

Aliter se habere in Imperatoribus ex his, quæ diximus, colligitur.
Ante Coronationem, & suum consensum, Pontifices ius & nomen
Imperatoris denegarunt.

Postremùm de Iure Electorum, Formâ eligendi Imperatoris, de
Symbolis, siue Insignibus Imperialibus, quæ Regalia vocantur, vide
auream Bullam Caroli IV. & doctissimum Marquardum Freherum,
in *Originum Palatinarum* parte 1. cap. 15. qui & alios cā de re Tracta-
tus veterum, excudi curauit.

Corollarij loco iuuabit subnectere, quæ de Coronationibus Regum
& Reginarum collegit, & adnotauit nuper, ad *Capitula* Caroli
Calui, eruditissimus Sirmondus, & Codinus Cypopalata, cap. 17. *Itē
seoncopias Basiliæ.*

Superest, ut quæ latissimè exposuimus, in certas Regulas digera-
mus. Aliæ speciales sunt, & ad subiectam materiam dicti cap. 34.
pertinent, id est, ad Electionem Regis, vel Imperatoris. Aliæ verò
sunt generales, & ad omnes Electiones pertinent.

SPECIALES SVNT ISTÆ.

I. **R**E G I S Romani Electio competit Electoribus, de Iure,
& Consuetudine: cui facienda Pontifex non se debet
misere, initio d. cap. 34.

I I. Tempore Innocentij III. incertus fuit numerus Electorum; postea septenarius factus. In personis autem Electorum mutandis, & aliis subrogandis, & Electionis formâ, multa Consuetudine irrepsérunt: Baronius, & Freherus, locis ciatatis.

I II. Electus, à Coloniensi Episcopo, Aquisgranis, non alibi, debet inungi in Regem Romanorum: & in Coronatione Iuramentum fidelitatis, tam ab ipso Coloniensi, quam reliquis Electoribus, Electo præstatur.

I V. Non potest tamen Electus, Imperatoris ius & nomen sibi vindicare; antequam Confirmationem, & Consecrationem impertrauerit à Pontifice.

V. In Confirmatione, & Coronatione, ius sibi tribuunt Pontifices inquirendi, tam de Electionis formâ, quam de persona Electi: imò & certis casibus, relatis in hac Decretali, reiiciendi, & Electores religione Sacramenti fidelitatis absoluendi. Imò & translationem Imperij, & potestatem eligendi, à sede Apostolicâ profec-tam contendunt.

Quæ hactenus, à Regula iv. sèpissimè denegauerunt Imperatores: ut multis testimoniis confirmauit Matthias Flaccius dicto Tractatu, de translatione Imperij: & alij ante Flaccium, & postea.

V I. Contra libertatem Electionis tamen fit, si in unâ, & eadem domo sèpiùs Imperium continuetur.

V II. Longè diuersa est ratio Episcoporum, quibus ex Priuilegio, vel de Consuetudine, ius coronandi Reges competit. Nullam enim cognitionem cause, vel potestatem habent in personas Regum: quod est euidentissimum in Regnis successionis iure de-latis.

REGVLÆ GENERALES.

I. Relati, quibus Impositio manuum, siue Consecratio competit, licet teneantur Electionem rite factam, omnino con-firmare; inquirere tamen debent in personam Electi, iuxta illud Apostoli: nemini citò manum imposueris cap. 3. hoc tit. cap. vn. de Scrutinio in ordine faciendo, infra; Iuonis Epist. 54.

I I. Vnius contemptus plus nocet, quam plurium contradic-tio cap. 28. & 36.

I II. In Electionibus non tantum, - quid de Iure, sed etiam

AD LIBRI E. DECRET. TIT. VI. DE ELEC. ET ELEC. POT. 135
quid de Consuetudine obtineat inspiciendum. Quæ Regula infra
probabitur.

IV. Eligentes indignum scientes, potestate eligendi, pro hac vice,
priuantur cap. 7. 20. 25. & seq. hoc tit.

V. Hæreticus, vel Excommunicatus, ad Dignitates, tam Eccle-
siasticas, quam Seculares, ex iure nempe Decretalium, non potest
admitti. Aliiquid enim de temporali statuendi, siue circa per-
sonas, siue bona Laicorum, potestatem non admittimus in
Galliâ.

VI. Dispensatio Sacramenti, licet illiciti, & iniusti; propter re-
uerentiam tamen religionis, impetrari debet.

DE FORMA ELECTIONIS.

Xplicatis, quæ in Electionibus Pontificis Romani, Metropolitano-
rum, Episcoporum, Abbatum, Abbatissarum, & ipsius Impera-
toris, iure singulari obtinent: sequitur, vt subiiciamus, quæ generali-
ter desiderantur in Electionibus ritè celebrandis; & quot sint receptæ
Electiōnum Formæ, siue Species. In quâ tractatione notandæ sunt præ-
cipue Constitutiones Conciliorum generalium; quæ referuntur in ca-
pitulis 7. 42. & 43. hoc tit. & cap. 2. 6. & 7. [apud Bonifacium.]

Et quidem, in cap. 7. hoc nostro tit. definitur, vt eligatur in Episco-
pum aliquis scientiâ, atque moribus conspicuus, qui xxx. annum at-
tigerit, nisi dispensatio interueniat, Zacharias Papa inter Epistolas Bo-
nifacij Moguntini Archiepiscopi, pag. 214. De legitimo præterea Matri-
monio natus.

In reliquis Dignitatibus, & in Rectoriis, sufficit xxv. annum im-
pleuisse. Repetendum, ex legitimo Matrimonio natum.

Si qui contra hanc formam elegerint: non tantum Electio irritatur;
sed etiam Electores potestate eligendi, hac vice, priuantur.

Quamvis autem illegitimi non possint Eligi; Postulari tamen pos-
sunt, & cum eis ex iusta causâ dispensari cap. innotuit, hoc tit. iunctâ
Epist. 440. lib. 1. Registri Innocentij III. pag. 289.

In reliquis capitulis citatis de formâ Electionis; cum antea variæ fo-
rent, tres tantum admittuntur in dicto cap. 42. quia propter, hoc tit.
quod obseruandum in Galliâ Concordata præcipiunt in fine tit. d. Elec-
tionibus. Per Scrutinium, Per Compromissum, & per Inspirationem: vel
mixtâ quadam formâ, Per Compromissum simul, & per Scrutinium; sicut
in eleganti specie cap. 32. hoc tit. quam non esse reuocatam, recte Bo-
nifacius VIII. definit, in cap. 39. hoc tit. in vi.

Antequam verò de singulis dicamus: seorsim communia quædam
Electiōnibus omnibus proponemus.

Et quidem primū tempore debito fieri debent, id est post mor-
tem: & sepulturam Prælati defuncti. [cap. 36. hoc tit. De quo infra,

vbi de Electione per inspirationem §. publicè itaque.] Itemque omnes qui sunt ex Collegio vocari debent, etiam absentes, saltem intra prouinciam; [siue in Electione Maiorum Prælatorum, siue in Electione Minorum, & collatione Minorum beneficiorum cap. 18. & 35. hoc tit. cap. cum olim in fine de Sentent. & re ind. & cap. cum in Ecclesiis 33. de Præbendis in vi.] nisi de Consuetudine aliter se habeat: verbi gratiâ in cap. 55. refertur consuetudo Ecclesiæ Gallicanæ, quâ de toto regno absentes vocandi sunt. [Quandoque tamen, si ita consuetudo ferat, præsentium tantum habetur ratio, & absentes non vocantur d. cap. cum in Ecclesiis de Præbendis in vi.] Præcedere itaque debet legitima citatio, tempore debito; id est post mortem. Debet competens terminus assignari: alioqui citatio nulla est: & pro contemptu ita citatus habetur cap. 36. hoc tit. Legitimè autem vocati, licet venire neglexerint, aut non potuerint, valet Electio. Si tamen per contemptum, vel omissionem, unus non vocetur, nulla est Electio; nisi postea propter bonum pacis, is qui contemptus est, consenserit cap. 28. 34. & 36. Pupillus tamen, siue impubes, potest contemni; & in Regularibus Ecclesiis, qui non est professus cap. 32. hoc tit. in vi. in quâ constitutione abusiuè pupilli vox usurpatur, pro impubere. Rationem addidit; quia certum animi iudicium non habet: quâ ratione idem tentari potest in furioso, & demente, qui sæpiissimè in iure infantibus comparantur. Idem de Excommunicatis, & interdictis, ut initio huins tit. diximus.

Quia vero Electio est ex actibus legitimis, qui in iure fieri solent, publicè & palam, non clam & diem; & conditionem abhorrent, l. Actus legitimi ff. de Regul. Iuris, [quæ & refertur cap. 50. de Regulis iuris in Sexto:] imò inter actus legitimos celeberrimus habetur Electio Pontificum & Prælatorum, [Glossa in d. cap. 50. de Reg. Iuris, vbi & citat cap. 2. de Electionibus in Sexto;] clandestinæ Electiones, vota conditionalia, alternativa, vel incerta, penitus reprobantur cap. 2. hoc tit. in vi. & cap. unico de Postulatione eodem. Et quidem d. cap. 2. in vi. ex Concilio Lugdunensi Generali desumptum, plenius refertur, sicut & alij quidam Canones illius Concilij à Matthæo Paris pag. 655. quod & Binus notauit.

Eâdem ratione regulariter Procurator constitui non potest; nisi uno casu: [nempe si quis sit absens in eo loco, de quo debeat aduocari, & iusto impedimento detentus, venire non possit; super quo, si opus fuerit, fidem faciat iuramento, & vni de Collegio vices suas committat d. cap. 42. & cap. 46. de Electione in 6. quod videndum est.] Quo casu unus & idem, habet duo suffragia; alterum proprio; alterum procuratorio nomine cap. 53. hoc tit. & cap. 45. de appellatio. Quin & aliquando suffragium unius, pro duobus connumeratur: quod ius, qui Dignitates habent in Ecclesiis, sibi vindicant, ut in cap. 12. extra de Sententiâ & re indic. & ibi Panormitanus.

Præterea, omnes Electiones, postquam peractæ fuerunt, ab uno ex Collegio, non à singulis, totius Collegij nomine, publicari debent: cap. 8. hoc tit. in vi.

HIS ITA PREMISSIS, *Per Scrutinium* Electio hac formâ debet fieri. Omnibus præsentibus, qui debent, volunt, & possunt interesse commode; assumuntur de Collegio tres fide digni, qui Scrutatores appellantur: quia secretè singulorum vota, & suffragia diligenter inquirunt, eaque in scripta redigunt. Ab huiusmodi scrutinatione & inuestigatione diligent, *Scrutinij* nomen huic formæ eligendi impositum est, quod etiam apud alios Autores inuenitur, *Glossar. vetus epuva, Scrutinatio, & Indagatio. & lymos, questio, & Scrutinum.* Vetus versio Gallica, *Scrutinium, Encherchement.* Apuleius lib. 9. Scrutinium vocat exactam furti perquirendi formam, per lancem & licium. Sæpius vero Scrutinij nomen in iure Canonico usurpatur. Scrutinia Cathecumenorum, id est interrogations, examinations, & instructiones Cathecumenorum; quæ septem numero fieri solebant in Quadragesimâ, antequam Sabbatho sancto baptizarentur, *Ordo Romanus sub titulo: incipit Ordo vel denunciatio Scrutinij ad Electos;* Albinus Flaccus, * *de Diuinis Offi. tit. de Sabbatho sancto;* Amalarius * *Non Alcu-* Fortunatus lib. 1. *de Ecclesiastic. Offic. cap. 8. In Canone 1. Dist. LXXV.* *nus.* fit mentio Scrutinij in Ordinationibus Episcoporum, cuius forma refertur in *Ordine Ro. pag. 97. & infra tit. de Scrutinio in ordine faciendo.*

Electionis autem per Scrutinium sæpius fit mentio in cap. 50. 57. & 58. *hoc tit. & in capp. 7. 8. 21. & 43. eod. tit. in v1.*

Excepta itaque à Scrutatoribus sigillatim, & secretè suffragia in scripta rediguntur: siue Scrutatores sint de Collegio, ad quod tantum ius eligendi regulariter pertinet cap. 1. *hoc tit.* siue non sint. Ius enim eligendi potest aliis communicari, qui non sunt de Collegio; vel ab ipso Collegio, ita volente; vt de finitimiis Episcopis ex Sидonio supra docuimus; vel ita ferente consuetudine legitimè præscriptâ; vel ex priuilegio, aut lege in fundatione Ecclesiæ dictâ, quâ hoc ius aliquando nominatim concessum Patronis, etiam Laicis diximus cap. 47. & 50. *hoc tit. cap. 8. de Consuetudine, & cap. 3. de causa possessionis & proprietatis.* In scripta autem debent redigi suffragia: tum vt commodius possint publicari, & recitari, & deinde Collationis tractatus institui; tum vt fraudes vitentur.

Publicatione itaque Scrutinij, quæ & *Publicatio consensuum* vocatur, statim facienda est, nullo extraneo actu interueniente cap. 38. & 48. Post publicationem Scrutinij, variare amplius non possunt Electores cap. *publicato 58. hoc tit.*

Publicationem enim sequitur necessariò tractatus Collationis, & Electionis Proclamatio, de qua infra. Collationis tractatus, id est, Comparatio numeri ad numerum, zeli ad zelum, metiti ad meritum, quæ necessariò desideratur cap. 42. 46. 48. & 50. & d. cap. 58. *hos tit.* In quo, *Publicato Scrutinio,* Reète vetus versio Gallica. *Apres que l'encherchement des volontés est publié.* Is enim tantum legitur, in quem, vel omnes, vel maior, & senior pars Capituli conuenerit. Vtrumque si quidem coniunctim requiritur dd. capp. 42. 54. & 57. *hoc tit. & cap. 1. de his quæ fiunt à maiori parte Capituli.* Iterum maior pars intelligitur, non comparatione numeri eorum, qui præsentes Elec-

tioni interfuerunt ; sed totius Capituli : verbi gratiâ, si Capitulum duodecim constet Canonis ; septem maiorem partem constituunt cap. 33. cap. 48. & 50. & cap. 23. hoc tit. in vi.

Sanior autem intelligitur , duobus modis : vel consilio ; quando ab ea eligitur dignior : vel ratione Dignitatum & meritorum eligentium cap. 53. 54. & 57.

Post Collationis tractatum , eodem contextu Electio solemniter celebranda est ; id est pronuncianda & publicanda , in communi , ab uno ex Collegio vice omnium , & coram omnibus. Nec enim differri , vel celari debet : nec ea omissâ , deportari , id est , sublimari , vel in thronum , aut in chorum Electus introduci capp. 42. 48. & 55. hoc tit. & cap. 21. in vi.

Formula autem Electionis hæc est. Vnus ex Capitulo delectus , hæc verba pronunciat. *Ego talem nomine meo , atque Capituli eligo. Eligo*, inquam. Èa enim in re , verbum singularis numeri , non pluralis desideratur cap. 4. de re Indic. in vi. Quæ tamen obseruatio singularis numeri , scrupulosior videtur. Nam vt aliâs docuimus , Ordinationes per verbum , eligimus , & Electionum Decreta in plurali numero concipiuntur. Huiusmodi autem pronunciatio Electionis communis & generalis est , in omnibus Electionum formis , dicto cap. 21. hoc tit. in vi. vide Speculatorem lib. 4. parte 1. tit. de Electione.

*De Electione
per Compromis-
sum.*

SECUNDО , IN dicto cap. 42. Proponitur Eligendi forma , per Compromissum. Quia prona est hominum ad dissentendum natura , ne diutiùs Electio trahatur , aliquando Capitulum , vel Collegium , siue in Sæcularibus , siue in Regularibus Ecclesiis , virorum , vel fœminarum , transfert potestatem eligendi , in unum , tres , vel plures , iuramento plerumque adstrictos cap. 30. hoc tit. qui omnium vice elegant personam idoneam , & secundum formam Concilij generalis , capituli 7. hoc tit. Quæ conditiones licet non apponantur expressè in compromisso , ipso iure inesse censentur ; quia sunt de substantiâ Electionis capp. 8. 30. & 52. hoc tit.

Non aliter autem Compromissarij constituuntur rectè ; nisi singulis , qui ius Eligendi habent , unanimiter consentientibus : ita vt si vel unus dissentiat , compromissum non valeat.

A formâ verò compromissi recedere non licet : sicut nec Arbitri , nec Procuratores formam compromissi , vel mandati , egredi possunt capp. 30. 32. & 52. hoc tit. & cap. 45. constitutus infra de Appellat.

Maior autem pars Compromissariorum elegere potest : & intelligitur maior , numero ; verbi gratia si in septem compromissum sit , quatuor sufficiunt ; nec sicut in Scrutinio , maior pars intelligitur , relatione ad Capitulum facta. Præterea unus ex Compromissariis , non tantum potest eligi , sed etiam eius vox numerum eligentium auget , vt in specie cap. 33. iuncto cap. 52. quod locum non habet in Scrutinio. Vide Panormitanum in dictum cap. 33. nn. 5.

Compromitti autem potest etiam in eos , qui non sunt de Capitulo ; dummodo non sint Laïci capp. 8. & 21. hoc tit. & 37. eodem in vi.

Quod si Compromissarij elegant indignum , scientes , vel ignoran-

AD LIBRI I. DECRET. III. VI. DE ELECTIONE
tes, non nocet Compromittentibus; dummodo ipsi Electionem postea¹³⁹
non comprobauerint, sed ad eos eligendi Ius reuertitur, dicto
cap. 37.

Compromissum autem huiusmodi non potest reuocari, re non integrâ; id est postquam Compromissarij tractatum de eligendo habere cœperint; re verò integrâ potest cap. 30. hoc tit.

Porrò insigne exemplum Electionis Ecclesiastice, per Compromissum factæ reperies apud Sidonium lib. 7. Epistola 9. Et in Collect. 1. cap. 10. eod. tit. ibi: *Duo, qui omnium vice funguntur, & in cap. 36. hoc tit. in integra.*

Nec tantum in Ecclesiasticis Electionibus, sed etiam in reliquis, maxime in difficillimis negotiis componendis, via Compromissi usurpatum; vt exemplo insigne in Electione Senatorum vrbis Romæ Innocentius III. comprobauit, sicut in eius *Gestis* plenissime continetur pag. 146. 147. vbi huiusmodi Compromissarij Electores, *Medianis* vocantur.

SUPEREST TERTIA ELECTIONIS forma, de qua in dicto *De Electione* cap. 42. ibi: *nisi forte quæ per inspirationem, sine via Spiritus sancti dici per inspirationem fieri. Quamuis enim moris sit, ut in omni Electione, & ante Electionem, Spiritus sancti gratia inuocetur, cap. 14. & 18. hoc tit. & cap. 3. de causa possessionis, & proprietatis; quod nominatim cautum in Concilio Basileensi, sessione 12. & in Pragmaticâ tit. de Electione §. & cum humanae: specialiter tamen dicitur illa Electio fieri per Inspirationem; quando communiter, & ab omnibus concorditer, quasi diuino spiritu afflatis, nullo discrepante, aliquis eligitur, absque aliquo tractatu; ex quo nempe præsumi possit aliqua persuasio, vel suggestio, in gratiam eligendi. Rectè enim Panormitanus ait, generales exhortationes, ad Electionem boni Pastoris, vel similes, non excludi.*

Hæ sunt tres Eligendi formæ: quibus aliquando iustis de causis aliquid addit Pontifex c. 52. & vlt. hoc tit. Sicut & valde notandum, quod additur ex Concilio Basileensi dictis locis; ut *Electionem solemnis inuocatio Spiritus sancti præcedat; & iuramento Electores, vel etiam Compromissarij, astringantur; cuius eo loco formula proponitur. Quod & confirmatur, cap. 30. hoc tit. Et ita post participationem mysteriorum, accedant ad Electionem.* [Sicut etiam seruandum est, quod fuerit inductum ex Ordinum Institutionibus, & Regulis à Pontificibus probatis.]

Hi sunt modi certi Electionum Iure cogniti, præter quos reliqui omnes rejiciuntur; potissimum verò Clandestinæ Electiones reprobantur, cap. 42. §. vlt. hoc tit. In quo duo statuuntur brevi verborum compendio; *De vitiis Electionum.* ne ab initio clam & furtuè fiat Electio; deinde ne Electio rectè facta in occulto habeatur, sed statim publicetur.

Clandestina Electio vocanda, quæ celandi animo, furtuè, *λαθάνως*, peragit, per priuata conuenticula, occultas fraudes, & coniurationum secretas insidias, can. 2. Dist. LXXIX. importuno tempore, & loco. Vetus versio *clandestinas reddit, en Repostailles: [& Rubricam, de Clandestina desponsatione, vertit: de l' Espoſaille fete en repos:]* quæ dictio explicatur in Edicto Philippi Pulchri de Duellis, convertement, & en repos, en trahison Reposte, *λαθάνως, η ότι πρεσβύτερος.* Qualem fuisse Electionem Magni Atha-

¹⁴⁰ manj Alexandrini calumniabantur Arriani. [Philostorgius Anomœanus lib. 2. num. 11. & 12. & Nicephorus Calixtus lib. 8. cap. 44. quo loci se-
cutus est Sozomenum lib. 2. cap. 16. quem vide.] Sed eum vniuersum
Concilium Episcoporum Patriarchatus Alexandrini egregie defendit, in
Synodica, scriptâ omnibus vbique Catholicæ Ecclesiæ Episcopis. Habita
verò fuit ea Synodus post Nicænam, & ante Concilium Sardicense, in
quo omnium calculis absolutus Athanasius. Verba ipsa *Synodica* operæ
premium erit adscribere. Continent enim perfectam Electionis legitimam
formam, & euidenter confirmant, quæ supra probauimus, etiam Populo-
rum consensum, & suffragia in Electionibus, post Nicænum Concilium
requiri. Inserta est *Synodica* in *Apologia* 2. Athanasij de Fugâ, ἡτοι εἰσὶ^ν
ἀπεργθηται, ὡς οὐ τὸ κατέσατο τὸ ἐπισκοπός αὐτοῦ, id est, Anathasij, μέμφεται. Et
post pauca. Μετὰ γάρ τὸ πλευτίν, οὐνού, Ariani scilicet, Αλεξανδρεῖ τῷ Επι-
σκόπῳ, ἀλίων πινῶν Αδανασίου μητρὸν παιχνίδων, οὐχὶ ἡ ἐπίτηδες Επισκοπῶν,
ἡ εἰς παρεβόλων χειροτόνου ἀντοῖ. Ταῦτα ἔγραψαν τῷ βασιλεῖσσιν, Ariani, οἱ μηδὲ
ψευδῆ γράψαν παραιτέρων, ὅπις δέ πᾶν τὸ πλῆθος, οὐ πᾶς ὁ λαὸς τὸ καρδιλλῖν Ἐκ-
κλοῖσι, ὡσαρπὶς μίας ψήφης οὐ σύμπατος σωματικαὶ οὐδότες, αἰεῖσαν, ζευζόν, αὐτοῖς
τοις Αδανίστοις Επισκοποῖς τῇ Εκκλησίᾳ. τόποι ἡ χρονικοὶ μητροὶ τῷ Χεισῷ, οὐ τόποι
μᾶς ὥρκεζον πιεῖν, ἐπὶ πλεισταῖς ἡμέρας οὐκτάς, μή τε ἀντοῖ τοῖς Εκκλησιαῖς αἰ-
στάμενοι, μή τοι μᾶς ἐπιστέποντες αφίσανται, τέττα καὶ ἡμεῖς μάρτυρες, τέττα οὐ η̄ πό-
λεις πάσα, οὐ η̄ επαγγέλμα. εἰδὲν μὴν οὐδεῖν, οὐ ἔγραψαν σκέπτοις, Ariani, οὐτ'
ἀντοῖ λέγοντες. πάντα δὲ τὰ βελτίστα, σπινθέμον, εἰλαβη, χεισιανόν, ἵνα τὸ ἀσκητῶν,
εἰλαβης Επισκοποῖς ὄνομαζοντες. ὅπις δὲ οἱ πλειονες ἡμῶν ἀντοῖ εἰχειστόντοι, νοσὸς τοῖς
παισι τὸν ὄψεον, οὐ βοᾶς, μαρτυρες πάλιν ἡμεῖς, nos Episcopi scilicet, in Sy-
nodo Alexandrinâ, οὐξιοπιστεψει, τὸ ἀπόντων, οὐ ψευδιμόρων, οἱ χειροπ-
νοστες. Άλλ' ομως Ευσέβιος τὸ κατέσατο Αδανασίου μέμφεται, &c. Eusebius sci-
licet Nicomediensis signifer Arianorum. Tom. I. operum Athanasij, pag.
565. editionis Commelin. & Parisensis ultime, pag. 728.

Sicut autem constat, falsò obiectum Athanasi vitium Clandestini;
ita meritò & verè obiectum Maximo, qui [ab ijs, quos Petrus Alexan-
drinus, Timothæi Alexandrini decessor, Constantinopolim miserat,]
furtiuè consecratus est in Constantinopolitanum Episcopum, aduersus
Gregorium Nazianzenum, adhuc sedentem in eo Throno, ex ordinatio-
ne, & translatione Meletij Antiocheni, de quâ dicemus titt. de *Translatio-*
& de Renuntiat. Inter vitia verò Ordinationis Maximi, clandestini vitium
notauerunt historiæ Ecclesiasticæ Scriptores, Sozomenus lib. 7. cap. 9.
κατέλαντες τὸ χειροτόνων, Επίσκοπον Κοινωνικούς κατέτινον, οἱ τέττα ἔξι Αἰγυ-
πτικοὶ σωματικαὶ οὐδότες. Apertissimè Nicephorus Callistus loco valdè singulari-
lib. 12. cap. xi. [forte ex Gregorio Presbytero, Scriptore vita Gregorij
Nazianzeni, qui idem scribit: imò & ex ipso Nazianzeno, maximè in
versibus de vita sua pag. 16.] εἰς παρεβόλων, παρὰ πινῶν χειροτόνων: quām Consecrationem clandestinam Concilij
Constantinopol. Patres irritam & nullam declarauerunt, can. 4. Synodi
Constantinop. cui pro commentario Sozomenus loco citato, Μάζιπον δι-,
μή τε γέγονοι, μή τε εἴρας Επίσκοπον, &c. Irrita & inanis fuit Consecratio
Maximi, non tantum quod Clandestina; nec enim sufficeret: sed præ-
terea quia Maximus erat, ut recte Teodoreetus obseruat, τὸ Απολιταῖς τρε-
πτας αἰάτας. *Historia Tripartita* lib. 9. cap. 13. Adde Gregorium ad-

Vide supra pag.

113. & 114. &
tractatu de
translat. ad cap.
2. de Elect. ini-
tio.

AD LIBRI I. DECRET. TIT. VI. DE ELECT. ET ELEC POT. 141
huc in eadem sede constitutum, ne cum remotum, abdicantem, aut cedentem. Maximus tamen, cuius versutos, & Ægyptio dignos mores, ad viuum Gregorius, ipse à Maximo deceptus, expressit in *versibus de vita sua*; ijsdem dolis & artibus illusit Ambrosio, & reliquis Episcopis, in Concilio Italæ.

Publicè itaque in Ecclesiâ, vel loco consueto, vocatis opportunè & commode vocandis, liberè & non per impressionem, fieri debet Elec^{tio}, tempore, [& loco condicte,] & opportuno, post exequias defuncti Episcopi, vel Prælati, ritè peractas, non antea, *cap. 36. hoc tit. can. 7. nullus Dist. LXXIX.* Vnde tanquam valde singulare, in Procli Translatione notatur, quod statim post Maximiani mortem, translatus est Constantiopolim: *κειμόνι τῷ λεγαρεῖ αὐτῷ εἰ τῷ Διανομῷ*: Maximiani corpore nondum sepulturæ tradito. Quin & funus Maximiani curauit Proclus, ornat^{us} insignibus Patriarchalibus, vtilitate Ecclesiæ id exigente, Socrates *Histor. Eccl. lib. 7. cap. 39.* *Historia Tripartita lib. 12. cip. 10. infine.* Nicephorus Callistus *lib. 14. cap. 37. infine*, *Catalogus Patriarcharum Constantinop. in Iure Orientali Leunclavij*, pag. 298. & initio tractatus *de Translationibus in eod. Iure Orient.* pag. 293. Plenius in tit. seq. de Procli translatione. Addamus tantum, & firmemus exemplo Procli sententiam Glossæ, quæ ad d. *cap. 36. hoc tit.* non ideo irritam esse Electionem ex eo, quod nondum sepulturæ tradito corpore defuncti Prælati, alias fuerit Electus: dummodo nihil aliud canonicum obstat, & Electi persona idonea sit.

Post celebratam Electionem, secundum aliquam ex legitimis formis, in Episcoporum, & Abbatum Electionibus assensus Regis, vel Patroni requirendus est; non autem ante factam, vel publicatam Electionem. Solemnis enim Elec^{tio}, id est, completa & absoluta, debet eis præsentari iure Decretalium, *cap. 14. 28. & 51. doc tit.*

Itemque ipsius Electi consensus, post Electionem, non ante, exploratur *cap. 34. hoc tit. ibi*: dummodo Electioni de se factæ consentiat, & *cap. 46. hoc tit.* Ex *cap. verò 6. hoc tit. in vi.* statim præsentari debet Elec^{tio} Electo, qui à tempore præsentationis, intra mensem, consentire debet: alioquin iure suo cadit.

Per huiusmodi autem mutuum consensum Eligentium, & Electi, quasi coniugale vinculum spiritualiter contrahitur: & Electores amplius resilire non possunt *cap. 21. & 22. hoc tit.* Nam inuitis Electoribus, potest Electus Confirmationem obtinere à Superiori: &, ut vulgo loquuntur Interpretes, ius habet ad rem.

Ante Confirmationem tamen, nec in spiritualibus, nec temporalibus, per se, vel per alium, quolibet colore, immiscere se potest: alioquin iure ipso, quod ei Electione quæsumus fuerat, priuat^{ur}. Excipiuntur Episcopi, & Abbates, extra Italianam constituti, qui vel immediate pendent à S. Pontifice, vel ab ipso Confirmationem obtinere tenentur: quibus ob distantiam locorum benignè permittitur, ut in spiritualibus & in temporalibus interim administrent *cap. 9. & 28. iuncta Antiqua. & cap. 44. §. Episci*, *hoc tit.* & *cap. 5. hoc tit. in vi.*

Electores autem, intra tres menses eligere debent. Alioquin ius de-

Electus autem, vt diximus, intra mensem consentire debet; &
intra tres menses sequentes confirmationem petere can. postquam Dist.
l. cap. 41. & vlt. hoc tit. plenius cap. 6. & 16. eodem tit. in vi. Quibus
ex locis constat, tempora supradicta à canonibus statuta, non esse
continua, sed utilia, nempe à die notitiæ currere; & præterea iusto
impedimento cessante, cum scierint, potuerintque. Alioquin deuo-
luitur ius ad Superiores ad supplendam negligentiam Prælatorum &
Electorum.

Ex aliis etiam causis Ius deuoluitur ad proximè Superiorem: nempe
Contra eos, qui propter dolum & inalitiam Electorum, qui scientes indignum ele-
indignos eli- rint, vel illiteratum, vel turpem moribus, vel illegitimum, vel at-
gunt, vide S. te minorem cap. 7. & 20. hoc tit. Quibus tamen casibus si in eodem
Chrysostomū Scrutinio & Electione maior pars Capituli indignum; minor dignum
lib. 4. de Sacer- elegerit: minoris partis Electio præualet, & confirmabitur capp. 22.
dotio cap. 2. 23. & 53. hoc tit. nec illo casu ad Superiorem ius eligendi deuo-
luerit.

Quod si omnes indignum eligant, ipso iure pœnam canonis Electro-
res incurront, citra sententiam Iudicis, pœnâ ab ipso canone latâ.
Hoc enim significant verba cap. 7. §. penult. Eligendi tunc potestate
priuatos, & ibi Glossa: quod aperte explicauit postea Innocentius
III. in cap. 20. hoc tit. in integrâ Decretali, ibi: Electionem per
ipsum canonem irritatam. Hoc amplius: pœna suspensionis à benefi-
ciis per triennium irrogatur dicto cap. 7.

Aliud dicendum, quoties in Electionis formis peccatum est; de
quibus egimus. Tunc enim sententiâ opus est, per quam priuentur
Electores dicto cap. 42. ibi: priuentur, & cap. 50. Cumana Ecclesia hoc
tit. Diligenter itaque separanda sunt Electionis vitia: si per dolum,
verbi gratiâ, quando scientes indignos eligunt; vel per imperitiam:
vel utrûm in forma Electionis peccatum sit. Quod si per negligentiam
non elegerint intra tempus; vel si dolus arguatur; statim ius deuo-
luitur ad proximè Superiorem: si verò in forma eligendi tantum,
plerumque redit ius eligendi ad Electores. Excipiendum tantum, nisi
ius Confirmationis, ad Sedem Apostolicam pertineat; velut in Exem-
ptis, vel in illis Electionibus, quæ per appellationem, ad Sedem
Apostolicam deducuntur. Tunc enim ius omne deuoluitur ad Sum-
mum Pontificem immediatè: qui aliquando ad Ordinarios Electores
remittere solet; aliquando ipse Prælatum constituit, cap. 16. cupientes,
hoc tit. in v. 1. & capp. 20. 22. & 23. & passim hoc tit.

Quæ suprà explicaui mus de Electionum variis formis, licet ex ver-
bis cap. 41. & 42. hoc tit. videantur pertinere tantum ad Electiones
Episcoporum, & aliorum Prælatorum, qui Cathedralibus Ecclesiis,
vel Regularibus præsunt; æquitas tamen suadet, extendi debere ad
Vide cap. 5. §. 1. reliquas inferiores Dignitates electuas. Quod & Concordata nostra
vt lite non con- significare videntur tit. de Electionibus in fine. Itemque notandum, ex
testata & cap. 6. initio dicti cap. quia propter, per appellationis obtentum canonicas Elec-
& 7. de Dolo tiones non posse impediri; & confirmatur cap. 18. & 19. hoc tit.
& Contumacia.

C O N S E Q V E N S E S T, vt de *Confirmatione Electionum* dicamus. Electionum inquam. Nam in omnibus Electionum speciebus necessaria est **Confirmatio**. Excipitur sola Pontificis Romani: de quâ; itemque de Electione, & Confirmatione Episcoporum, Metropolitanorum, Abbatum, Priorum, & Abbatissarum; imò & ipsius Imperatoris, separatim tractauimus. Addemus tantùm, quatuor elegantes Epistolas Sidonij *ultimam lib. 14. 5. 8 & 9. lib. 11.* Ex quibus, & ex *Collectis* à quodam Floro, qui sub Ludouico Pio, [& eius filiis] vixit, de *Electione Episcoporum, & Metropolitanorum*, in fine *Operum Agobardi*, confirmantur ea, quæ diximus; nempe ab initio in Gallia, Electionem Cleri, & Populi fuisse, quam **Confirmatio**, & **Consecratio** ab Episcopis facienda sequebatur.

Confirmatio autem omnis à proximè Superiore obtinenda est: nisi aliud vel Priuilegio, vel Consuetudine obtineat; verbi gratiâ in Exemptis, quorum Confirmatio immediate ad Summum Pontificem spectat. Quam vel personaliter, si fieri possit, aut saltem per idoneas personas, ad id specialiter destinatas, petere tenentur *cap. 44. §. 1. hoc tit.* Ad Confirmationem potissimum referenda sunt *cap. 3. iuncto cap. 13. in 1. Collect. hoc tit. 4. 7. 9 19. 20. 22. 28. iunctâ antiquâ, 35. 44. & 57. hoc tit.* ex quibus colligitur, Confirmationem fieri, causæ cognitione diligenti habitâ. Et siue aliquis impugnet Electionem, siue non, ex officio confirmantis inquisitio diligens instituitur, tam de Electionis processu, & formâ, an canonica fuerit, & secundum ea, quæ diximus, solemniter celebrata; quâm de persona Electi potissimum, an idonea sit: in quâ quatuor præcipue requiruntur, ætas legitima, morum honestas, litteratura sufficiens, & vt de legitimo Matrimonio susceptus sit. Si Electio ritè peracta sit & Persona idonea, Superior non potest Confirmationem denegare *cap. 3. hoc tit.*

Per Confirmationem autem confertur libera administratio, tam in temporalibus, quâm in spiritualibus, exceptis his quæ sunt ordinis: quæ per Consecrationem accedunt. Ante Confirmationem omnis administratio interdicitur Electo. Excipiuntur tantùm Electi, qui extra Italianam constituti, Electionis suæ Confirmationem à Pontifice tenentur obtinere. His enim cum hac limitatione, si *concors facta* fuerit *Electio, nec ullus se opponat*, administratio dispensatiæ permittitur interim in spiritualibus & temporalibus, propter necessitates viduarum Ecclesiarum, [*cap. 44. de Electione,*] & ut citius Regalia recipiant, vt nominatim additur, in *cap. 28. hoc tit. in Antiquâ.* Quæ vero sint Regalia, dicemus, vbi de *Iure Regio in Electionibus*.

Obseruandum vero in hoc articulo statuendam differentiam inter **Electum**, & **Postulatum**. Postulatus, etiam extra Italianam, & antequam confirmationem obtinuerit; in spiritualibus, vel temporalibus ministrare non debet: alioqui Postulatio de ipso facta, irrita declaratur; & Electores, si consenserint huiusmodi administrationi, potestate eligendi priuantur: quæ ad reliquos, licet pauciores deuoluitur, in eleganti specie *cap. 23. hoc tit.* in qua concurrit Postulatio cum Translatione. Ratio differentiæ inter Electionem & Postulacionem: quia **Electio** iuris est Ordinarij; Postulatio iure non nititur;

sed ex mera gratiâ, & dispensatione Pontificis pendet. Itaque cum in admittendâ Postulatione Pontifex ius conferat potius, quâm antea datum confirmet; inconsulto Pontifice Postulatus non debet administrare.

Notandum autem in *d. cap. 23.* Postulationem Lupoldi, antea Vormaciensis Episcopi, à Canonicis Moguntinensibus, tribus tantum exceptis, fuisse factam, post mortem Conradi. Quam hac potissimum ratione, suppressa tamen à Raymundo, Innocentius III. rescidit: quia fuerat facta, adiuuante, & præsente Philippo Duce Suauiæ, nuper electo in Regem Romanorum; cui infensus erat Innocentius, quia partes Othonis tuebatur. Quod nec Glossa inficiatur, in verbo, metuebant, & pluribus docuimus, ad celebre *cap. 34. hoc tit.* Quare Suffridi Electionem, qui antea fuerat sancti Petri Moguntinensis Præpositus, comprobauit *hac Decretali*; licet à tribus tantum factam, qui metum & vim prætendebant, arrepta occasione de præsentia Regis Romanorum. Quod nec Bernardus ignorauit, *loco citato*. Quare, ut initio *huius capituli* in *Glossâ* notatur ex antiquâ, qui per impressionem Laicorum aliquem postularunt, ipso iure priuati sunt potestate eligendi, quæ ad pauciores, qui non consenserunt, deuoluitur. Tamen aduersante Philippo, Siffridus, cuius Electionem Innocentius III. confirmat *hac Decretali*, nunquam potuit acquirere temporalium administrationem. Conradus Vrpergenensis in *Philippo*, vbi de hac Decretali locutus, audacter subiicit. *Super Electione hac*, fecit non iudicium, sed iniuriam. Præterea in *integra Decretali*, quam *M.S.* habemus ex lib. 5. *Registri nu. 14.* notanda hæc verba. *Nobilem virum, Philippum Ducem Suauiæ moneatis, ut se predicti Archiepiscopo, id est Siffrido, non opponat, quominus Moguntinam Ecclesiam, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, salubriter valeat gubernare.* Super eadem re sequuntur *Epistolæ duæ*, quarum altera Siffrido Electo scribitur; cui etiam ius Pallij concedit, quod deinde Romam profectus, ab ipso Innocentio accepit. Multa ad historiam huius Decretalis pertinentia reperiuntur in *Chronico Monasterij Hirsauiensis ad annum 1200. pag. 213.* vbi à Guidone Cardinali Prænestino, tunc in Germania Legato, Siffridum in Sacerdotem, & Archiepiscopum Moguntinum, ait fuisse Coloniae ordinatum. Ex his omnibus explicanda verba subobscura Decretalis nostræ: & si ei de vi, quam ipse, & sui metuebant, constaret.

Appellatio verò, cuius fit mentio, interposita fuerat à Siffrido, & quibusdam Canonicis, qui cum postea elegerunt. Forma autem appellationis huiusmodi fuit, *ne sine ipso ac sociis eius, Canonici Moguntiae residentes, haberent in Electione processum.* Nam dictus Siffridus, & eius socij, in oppidum Bingen, metu Philippi secesserant; & ibi Siffridum elegerant, post appellationem. Quâ non obstante, iustas causas eligendi habuisse, propter vim scilicet maiorem, Innocentius probat.

Quod autem generaliter notat Glossa, si vtraque pars indignum eligat, ius deuolui ad Pontificem, non autem ad proximum Superiorum

AD LIBRI I. DECRET. TIT. VI. DE ELECT. ET ELEC. POT. 145
periorem ; falsum esse supra diximus. In casu tamen nostræ Decretalis , ideo ad Pontificem immediate ius deuoluitur ; quia nullus erat superior Moguntinensis Ecclesiæ , præter Romanum Pontificem. Est enim specialis Ecclesiæ Romanæ filia : ita eam appellat Innocentius in *integrâ Decretali* ; id est , immediate pendet ab Ecclesiâ Romanâ , ab eo scilicet tempore , quo Bonifacius à Zachariâ Pontifice missus Apostolicus in Germaniam , fidem collapsam in illis partibus instaurauit , & primus illius Sedis Archiepiscopus constitutus fuit. Quam postremam rationem in decisione *capituli* Innocentius prætulisse videtur. Hoc enim posito , quod vtraque pars deliquerit , indignum eligendo ; Pontifex utriusque partis Electione negligèt , potuit alium præficere. Itaque Siffridi Electionem , à paucioribus factam , aut quâ alia ratione vitiosam confirmando , proprio suo iure usus est : id est , potius præfecit & constituit Archiepiscopum , quam confirmauit Electionem : quæ decisionis ratio verior est.

Notandum etiam quod dicitur in *dicto capitulo* cum , qui contra appellationem aliquid fecit , non posse aduersario obiicere , si pariter delinquat *cap. 23. de appellatione*.

Itémque quod dicitur , *vbi quid notorium publicum , & manifestum occurrit* , nec testibus esse opus , nec accusatore , nec vocatione partis ; imò nec appellationis , nec recusationis obstare obstaculum : præsertim in criminibus *excessus notorius examinatione non indiget* : confirmatur *cap. 13. 14. 24. & 25. infra de appellationibus*. Ad maiorem tamen cautelam , tutius est seruare iuris ordinem. Nam ut prudenter ait Alexander III. in *dicto capitulo 14.* cum multa dicantur notoria , que non sunt ; prouidere debes , ne quod dubium est , pro notorio videaris habere. Quot autem modis dicatur quid notorium , vide *cap. 8. & vlt. de cohabitatione mulierum* : *vbi Publicum , vel Notorium ex rumore publico , ex famâ , reiicitur , quam etiam inter cœca testimonia Rhetores locant*. Iunge Pragmaticam tit. *de Publicis concubinariis §. Publici autem , & notas , [& loc. Fabrum in Prefationem Institutionum.]*

Verum ut absoluamus , diximus in Confirmatione causæ cognitionem necessariam esse ; item qui confirmat , potestatem confirmandi habere , & iuris solennitates obseruare debere : alioqui Confirmation declaratur irrita : rata tamen manente Electione , si canonice facta fuerit ; cuius à proximo Superiori , petenda erit Confirmation , *capp. 10. 39. 44. §. verum , & cap. vlt. hoc tit. in vi.*

CONFIRMATIONEM sequitur Consecratio , sive Benedictio. De Consecratione & Benedictione . Nam ut suprà diximus [pag. 124. *vbi de Electione summi Pontificis,*] ex Innocentio III. spirituale coniugium , quod est inter Episcopum & Ecclesiam , initiatum dicitur in Electione , ratum in Confirmatione , consummatum in Consecratione.

Sæpiissimè verò , ad quos Confirmatio Electionis pertinet ad eos etiam pertinet Consecratio : quo casu statim post Confirmationem , celebrari secratio.

Si ad alium pertineat Confirmatio , ad alium Consecratio ; non
PARS PRIMA.

Imò Magdeburgensis Archiepiscopus est superior ; sed Ecclesia Moguntinensis est exempta.

Ad Consecrationem autem pertinent capp. 7. initio , 15.. 28. §. 1.
¶ 44. in fine hoc tit. cap. 4. eodem tit. in 1. Collect. cap. 7. de tem-
poribus Ordinationum , cap. unicum de sacra Vnctione ; quibus iunge
can. 1. Dist. LXIV. can. 1. & 2. Dist. LXXV. & can. 1. Dist. c.

Ex his locis conficitur , Consecrationes Episcoporum , post tres
menses , à Confirmatione numerandos , fieri debere , Anselmus Can-
tuar. lib. 3. Epistola 149. Non tamen , sicut in Ordinationibus
Clericorum , certa tempora sunt præfinita , [in quibus tantum pe-
ragi debeant Consecrationes Episcoporum .]

Peraguntur verò à Metropolitano , aut saltem eius mandato , om-
nibus Cooperatorialibus Episcopis contuocatis , vel saltem tribus
præsentibus , & reliquis consentientibus in scriptis [can. 4. & 6.
Conc. Niceni , de quibus supra , vbi de Electionibus Episcoporum §.
quod ad Nicenos , & infra tit. de Translatione ad cap. 2. de Electio-
ne initio . Nec verò Suffraganei debent à Metropolitano contemni ;
aliis Episcopis vocatis , Fulbertus epist. 28. 31. & 81. ad quarum in-
tellectum adde quæ habentur tomo 4. Historia Francorum pag. 387.
in fine , 440. & 446. Ex quibus locis constat , Senonensis Metro-
poleos primum suffraganeum olim fuisse Carnotensem Episcopum ,
cumque absente Metropolitano , vel sede vacante , Metropolitani vi-
ces gessisse ; sicut eas Augustodunensis Episcopus gerit , Lugdu-
nensi Sede vacante .]

Quin & aliquando , ut solemnior actus foret , finitimi Episcopi
inuitabantur d. can. 4. & 6. Concilij Nicæni : quos Latini om-
nes de Consecratione accipiunt ; quamvis quidam ex Græcis , eos
ad Electionem referant.

Quod si nulli , vel pauciores Episcopi in ea Provincia supersint ,
vbi ordinandus est Episcopus , finitimi vocantur , can. 5. Con-
cilij Sardicensis , πατρόχωροι : ex quo canon vlt. Dist. LXV. & adi-
eum Romani Correctores. In Concilij Constantinopolitani I. Syno-
dicâ in fine , ὥμοει . Confirmatur præterea eleganti Epistola Sidonij
5. lib. 7. & canonibus 19. Antiocheni , 12. Laodiceni , & Cartha-
ginensis II: in vulgatis , cano. 12. Ferrandus Diaconus Cirthaginen-
sis num. 4. 5. & 6.

Porrò hæc Ferrandi verba notanda , cum confirmatione Metropo-
litani , vel Primatis. Loquitur secundùm consuetudinem Ecclesiæ
sue , id est , Africanæ : in quâ Episcopus ordinatione antiquior ,
in singulis Provinciis Metropolitanus vice fungebatur , & appellaba-
tur Primas , & primæ Sedis Episcopus , vel senex ; idemque erat ,
qui in aliis Conciliis , atque Scriptoribus Metropolitanus dicitur.
Ex quibus notandum , in Epistola 4. Syrici scriptâ , Episcopis per
Africam constitutis , hæc verba esse interpolata , ut extra consci-
entiam Sedis Apostolice , hoc est Primatis : legendum , extra consci-
entiam Primatis. Nempe usus est Pontifex Primatis verbo visitato A-
fricanis. Ferrandus loco citato , obscuritatis vitandæ causa , addi-
dit , Metropolitanus , vel Primatus ; eosque comparat : inò citat Epi-

stolam dictam Syricij, ex Concilio Cellensi, vel Zellensi. Scilicet in illo Concilio Africæ, suscepta est dicta Epistola Syricij, & comprobata; & quæ in ea decreta erant, inter canones dictæ Synodi relata fuisse omnia, probari potest ex Ferrando. Nec enim recte inter suppositias Epistolas Summorum Pontificum nuper inserta fuit. Quinimò Innocentius I. qui quatuor annis tantum post Syricum vixit, in Epistola ad Vietricium Rothomagensem cap. 1. ait simpliciter, extra conscientiam Metropolitani: quod & Concilio Arelatensi II. tempore [Leonis Magni circa an. 452.] habito can. 5. & 6. continetur: [qui Leo editos à Conciliis, Vasione anno Christi 442. & Arausicæ anno 447. congregatis, Canones sanciuit.] Eoque sensu vox Primate accipienda est in can. 5. Dist. l. xv. qui sumptus est ex can. 12. Concilij Carthaginensis II. sub ipsius Syricij Pontificatu habiti: quo loco Gratianus, propter usum vulgarem, deceptus est. Primate enim alium esse ibi putat à Metropolitanu; nempe pro eo, qui in plures Metropolitanos habet autoritatem. Ita enim summam conficit can. 4. & 5. Dist. l. x. Absque Primate consensu Metropolitanu Episcopum non ordinet. In inscriptione Distinctionis dixerat, consentiente Primate. Quamvis in illa Distinctione unicus can. 4. sententiam Gratiani iuuare videatur; reliqui omnes impugnant. Sed dictus can. 4. ad Consuetudinem & Priuilegium Ecclesiæ Romanæ pertinet, cuius vices Thessalonicensis Episcopus, ad quem scribit Leo Papa dicto canone ratione suæ Ecclesiæ gerebat: ut ex pluribus eiusdem Leonis Epistolis, & aliis locis constat.

Certum itaque maneat, in Episcopis constituendis, Metropolitanu præcipuam esse autoritatem, & irritas esse Episcorum Ordinationes, quæ absque eius consensu, & à paucioribus, quam tribus Episcopis fiunt.

Excipit Ferrandus num. 6. Ecclesiam Romanam: quod ex dictâ Epistola Syricij probat, & ex Ferrando supplendum. Nihil enim tale, in ea Epistola reperitur. Confirmatur tamen ex Ordine Rom. ubi ab uno Ostiensi Episcopo consecrari Pontifex dicitur. Irrita est reliquorum Consecratio ab uno, vel duobus Episcopis facta: nec valet consuetudo contraria contra canones, quos supra retulimus. Quam in rem notatu digna Anselmi Cantuariensis Epistola 147. lib. 3. in quâ reprobatur Hiberniæ consuetudo, quâ Episcopi, sine certo loco constituebantur; & ab uno Episcopo, sicut quilibet Presbyter, ordinabantur. [Vide Topographiam Hiberniæ Sylvestri Giraldi parte 3. descriptionis Hiberniæ cap. 17.]

Et hic nota ex cap. 7. de Dolo & Contumaciâ, & ex Urbani Epistolis, insertis initio Epistolarum Iuonis, in prouincia & in partibus peragendam Consecrationem, non Romæ. Itemque aduerte priuilegium Carthaginensis Ecclesiæ, & Anglicanæ in Orchadas Insulas, Scotiam & Hiberniam, ex notis ad epist. Anselmi 149. lib. 3. & ex iis, quæ ad 8. Iuonis epist. notauit Doctis. Iuretus. Ex quibus constat non passim hanc potestate sibi vindicare debere Romanos Pontifices.]

Consecrationis autem formæ & ceremoniæ varie sunt, pro Con-

suetudine locorum : necessariò tamen desideratur manus Impositio, & Vnctio tit. de sacrâ Vnctione infra. [De Impositione manus , vide Ignatij Antiocheni Homiliam de Laudibus tomo 1. edit. Paris. pag. 500. initio , & Doctis. Habertum ad Pontificale Ecclesie Grace .]

De variis solemnibus , quæ Consecrationem antecedunt , vel sequuntur , videndus Ordo Romanus , & Autores rituum simul editi ; qui & Gallicanæ Ecclesiæ formam in Consecrando referunt. Observatio ne dignum , non tantum manus Ordinatorum , sed etiam Codicem sacram Euangeliorum , capiti Consecrandi Episcopi imponi , Palladius in Dialogo de vita Chrysost. cap. 15. [Quòd idèò fit , vt intelligat Episcopus se , licet aliis imperet , Euangelio subesse , vt ait S. Chrysostomus Sermone de uno Legislatore , tomo 6. editio. Paris. pag. 10. & ibi Fronto Ducæus in notis. Librum quoque Canonum , & Regulam Pastoralem Gregorij Consecrandis Episcopis à Metropolitanu tradì consueuisse notat Hincmarus in Praefatione Operis L. v. Capitulorum pag. 4. & 5. editionis in 4.]

Ind alterius ,
vt Blondellus
fentit.

Adnotandum etiam locum corruptum Albini Flacci , in cap. qualiter Episcopus ordinetur in Romana Ecclesia , ita restituendum : Tunc Pontifex iubet inquiri cum , de quatuor Capiulis canoniciis ; hoc est Arsenoquita , pro ancilla Deo sacra , pro quadrupedibus , aut si coniugem habuit ex alio viro , quod Græcè dicitur θυρηγαύις . Quæ quatuor capitula rectè vocat canonica ; id est ex antiquis canonibus defumpta. Verba satis indicant , à Græcis petita : quorum hic est sensus. Interrogatur , vtrum ἀπορροχήτης ; masculis ; aut ἀλογενόμενος bestiis , aut sanctimoniali , se commiscuerit ; vel viduam duxerit. Ad veterem illum morem alludit Bonifacius Martyr , primus Archiepiscopus Moguntinus in Epistola 19. ad Ethibaldum Regem Merciorum in Anglia. Apud Græcos & Romanos , quasi blasphemiam Domino irrogasset , qui hoc reus sit ; ut propriè de hoc peccato , ante Ordinationem interrogatus , se reus inuentus fuerit , ut cum velata & consecrata Domino Nonna concubuisset , ab omni gradu Dei Sacerdotij prohibetur. Deinde subiicit , dinino mysterio altaris abiicit , illud scilicet peccatum ; sicut & alia tria supra memorata , licet ante peracta pœnitentia , reconciliatus sit Deo. Quare super illis quatuor capitulis Consecrandus purgare se iuramento tenebatur , nunquam fuisse inquinatum. Nec enim , vt ait Bonifacius , pœnituisse sufficit. Maior integritas in Episcopo desideratur. Albinus Flaccus loco citato. Etsi de his inculpabilis inuentus fuerit , iurat Archidiacoно super quatuor Euangelia ; deinde confirmat super corpus B. Petri , de his inculpabilem se fore. Partem Epistole Bonifacij Iuo retulit parte VII. cap. 129. in Decreto.

Consecrationis autem effectus hic est ; vt consequatur per eam Episcopus ea , quæ maioris inquisitionis discussionem exigunt , quæ vulgo dicuntur esse Ordinis ; possit Clericos ordinare , Sanctimoniales velare , Benedicere Abbates , vel Abbatissas , Ecclesias , vel altaria dedicare , confidere Chrisma , & alia quæ notantur capp. 15. & 28. §. 1. hoc tit. & can. quamvis Dist. L X V I I I . Quæ omnia tamen denegantur Archiepiscopo ante Pallij postulationem , & impetracionem , dicto §. 1. quamvis ei concedatur , consecrandi Episcopi mu-

nus demandare Suffraganeis. Huiusmodi quippe mandatum est Iurisdictionis, quam habet post Confirmationem: sed & Consecrationem simul cap. II. hoc tit. vbi recte Glossa Consecrationem Archiepiscopi desiderat. Nam ante Consecrationem non haberet potestatem huiusmodi, ut in eleganti *Epidota Anselmi Cantuariensis*, scriptâ Thome Elecâ Eboracensi Archiepiscopo lib. 3. Epist. 149. quia non pertinet ad eum, dare, vel concedere alicui curam animarum, quam nondum accepit. Accipit enim per Consecrationem.

De Benedictione vero Abbatum, quæ multum differt à Consecratione Episcoporum, supra diximus, [vbi de *Abbatum Electionibus*.] Quibus addimus *Epistolas* 41. 73. & 78. Iuonis Carnotensis, ex quibus colligitur, in huiusmodi benedictionibus Abbatum, non fieri manus Impositionem; sed simplicem orationem; & ea accepta, vel non accepta, debetur a fratribus Abatti obedientia: nec enim promotionem Abbatis facit Episcopalis Benedictio; sed potius fratrum communis Elecâ. Quare in illis *Epistolis* etiam excommunicati Episcopi Benedictio non improbatur, cum eius omissio non noceat.

Quin & ante Benedictionem, Episcopus ab Abate Professionem obedientiae exigere potest.

Sumptus vero, & expensæ, quæ necessariò facienda sunt; vt præficiatur Praelatus vacanti Ecclesiæ, vel Monasterio: non ex defuncti Prælati bonis, sed ipsius Ecclesiæ viduatæ redditibus soluuntur: nempe quia Ecclesiæ ipsius negotium utile geritur cap. 45. hoc tit.

HACTENVS DE ELECTIONVM variis speciebus, Confirmatione, & Consecratione tractauimus, secundum Iuris Canonici veteris, & noui regulas. Supereft, quia in singulis articulis & partibus huius Tractatus, sèpiùs fit mentio Consuetudinis, & Prinilegiorum; vt quædam subiiciamus breuiter de utrisque. Statim in ipso Concilio Nicæno canone 6. Patriarchalium Sedium Consuetudines, & iura, seu prærogatiæ, in constituendis Episcopis ab antiquo receptæ, tñ apocœia, tñ apœa in confirmantur: cui adde can. 2 Constantiopolitani I. & Synodicam, eiusdem Concilij in fine, can. vlt. Ephesi ni Concilij, de Episcopis Cypri; iunctâ *Epistola Innocentij I. ad Alexandrum Antiochenum* in *Cod. Canonum Ecclesiæ Roma.* cap. 45. & 46. & can. pen. Concilij Chalcedonensis: quibus tam iura Patriarchalium Sedium, quæ Exarchorum, qui locum obtinent eorum, quos Primates vocamus, in constituendis & ordinandis Episcopis, & regimine suarum Dicæcium, constituuntur: quorum prolixior explicatio est petenda ex doctissimis *Commentariis*, qui nuper de *Suburbicarius* sunt editi.

Ex eodem fonte, id est Consuetudine antiquâ fluxit, vt non quidem contra, sed præter ius commune, Primates in Occidente obedientiam, vel Consecrationem, aut utrumque simul; imò & aliquando politanorum Electionem Metropolitanorum sibi vindicarint: verbi gratiâ, in *lectionibus* in Galliâ Lugdunensis Primas; de quo præter cæteros, Iuo Carnoten- pr. sis, *Epistol. 50. 60. 65. & 237.* In Anglia, Cantuariensis; quam in rem extant Anselmi Cantuariensis *Epistolæ* 149. 152. 153. & 155. lib. 3. Eadmerus *historia Nonor.* lib. 4. sub finem, pag. 102. & seq. in *Henrico I.*

De Consuetudinis & Prinilegiorum potestate in Electionibus, Confirmationibus, Consecrationibus, vel Benedictionibus.

& iterum plenissimè pag. 126. 127. & seq. Ex quibus colligitur, non sine controvërsia, Eboracensium Cantuarienses obtinuisse Primatum: quem deinde semper retinuisse, doctissimè probat Matthæus Parkerus in 1. parte *Antiquitatum Britannica Ecclesiae*, & in vita *Richardi invicti*. Ex quibus constat, Iura Primatus, partim ex antiquitate Ciuitatum, aut Ecclesiarum; partim verò ex specialibus Priuilegiis Pontificum, & Regum, vel Consuetudinibus antiquis, fuisse constituta. Specialibus etiam Priuilegiis plurimæ in Occidente Ecclesiæ Cathedrales exemptæ sunt à Metropolitanis. Quod quidem, non simpliciter Iuri Patriarchico, sed potius plenitudini potestatis, quam in omnes Ecclesias Pontifex exercet, attribuendum est. Adhibendus est tamen consensus Imperatorum, & Regum, sine quibus hæc omnia fieri non debent.

Vt redeamus ad autoritatem Consuetudinis antiquæ in Electionibus: interesse possunt Electioni, vel eligi, qui iure communi excluduntur, si consuetudo ita ferat; verbi gratiâ, qui non sunt de Capitulo, vel Collegio cap. 8. de *Consuetudine*: itemque in eligendo Metropolitanu, Suffraganeis exclusis, quibus Iure Communi competit Electio cap. 9. & 10. hoc tit. in 1. Collectione, Cathedralis Ecclesiæ Capitulo tantum ius eligendi competere potest cap. 4. & 5. supra de *Postulatione*, & cap. 13. hoc tit. quod tamen ius Comprouinciales Episcopos ægrè sibi tulerunt adimi. In eam rem notatu digna controvërsia, inter Episcopos Comprouinciales Cantuariensis Episcopatus, & Priorem & Monachos sancti Augustini Cantuariensis: quibus tandem, remotis Suffraganeis, causâ cognitâ, Pontifices attribuerunt ius eligendi. Vnde frequentes rixæ in Angliâ. Vide Petrum Blesensem, Epist. 27. Matthæum Paris pag. 205. & 206. qui & Rescriptum Innocentij III. inserit. Sententiæ huius rationem Innocentius III. Priuilegio speciali à Pontificibus concessò, & Consuetudini tribuit, Matthæus Paris pag. 206. 207. & 213. fine, & ex Matthæo Florilegus ad annum 1206. Lis grauius renouata est, post mortem Huberti Cantuariensis Archiepiscopi, in Electione Stephani de Langueton, de quâ vide *Gesta Innocentij III.* pag. 240. & Parkerum in vita Baldini pag. 140. & 141.

In plerisque aliis *Capitulis huius tit.* Consuetudinum frequens mentio; quarum alia probantur, quæ nempe addunt aliquid Canonibus & Iuri communi, nec obuiant Canonibus cap. 28. 14. 24. & 31. alia reprobantur, nempe vel utilitati Ecclesiasticæ, vel Canonibus contrariae cap. 18. 34. 47. 56. hoc tit. & cap. 7. & 8. de *Consuetudine*.

Priuilegia etiam specialia quædam à Pontifice Romano, contra ius commune Electionum concessa sunt, vt supra diximus; quæ pendunt à plenitudine potestatis: quâ etiam autoritate derogant Conciliis. Atque ita, mixto iure, Electiones celebrantur; non tantum iure communi; sed etiam consuetudine, vel priuilegiis.

Quin & aliquando concurrunt ius commune, & Consuetudo: itemque Priuilegium, & Consuetudo cap. 10. & 27. iuncta antiqua, & cap. 34. hoc tit. Consuetudo debet esse legitimè præscripta, nec obuiare canonibus. Contra, Priuilegia sèpè derogant iuri communi:

nuntur gratiâ, & autoritate concedentis; qui, sicut dicitur dispensare contra canones cap. 4. & 22. hoc tit. ita & priuilegia, contra ius, indulgere solet.

Sicut autem eiusmodi derogationes, præsertim quæ ad statum publicum Ecclesiæ pertinent, qui potissimum in Prælatorum Electionibus consistit, non admittit Gallia, vt suprà diximus; ita nec priuilegia, nisi Regiâ autoritate, causâ cognitâ, probata fuerint, & confirmata.

Notanda verò consuetudo, de qua in cap. 31. hoc tit. quâ nempe Canonicorum Electio pertinet ad Capitulum solum, irrequiso Episcopo. Nam de iure communi, coniunctim pertinet ad Episcopum, & Capitulum. Vide Glossam ibidem. His, quæ de potestate Consuetudinis in Electionibus diximus, adde lib. 15. Registri Innoc. III. Epistol. 115. 153. 154. 155.

S E Q V I T V R, vt de Iure Regio tractemus, in Prælatorum Electionibus, Postulationibus, Translationibus: itemque in Episcopis, Metropolitanis, vel Primatibus instituendis. Conquenter aliquid de Inuestituris, & Regalibus addemus, quæ cohærent Electionibus. De his enim frequens occurrit mentio in hoc tractatu, tam in Decretis, quam in Decretalibus.

P O S T R E M A quidem Concilia & Decretales concedunt tantum Regibus assensum Electioni iam factæ, non autem faciendæ. Sed pugnat cum iure communi veteri, quod multi Reges, imprimis nostri, perpetuò retinuerunt; iure novo Decretalium neglecto. Ad hunc tractatum pertinent capp. 10. hoc tit. iuncta antiqua, 14. 18. in fine, 20. 23. 28. 32. adhibitis semper antiquis Decretalibus, & 43. hoc tit. quibus iunge cap. 5. eodem tit. in Collectione I. capp. 12. & 4. de Postulatione supra, & cap. 7. de Dolo & Contumacia: itemque Distinct. LXXI. & LXXXI. in qua notandus canon 25. ex Concilio Toletano XII. can. 6.

Ex his constat in Imperio, tam Occidentali, quam Orientali, in Galliâ, Angliâ, Hiberniâ, Siciliâ, & Hispaniâ, maximam Imperatorum, & Regum, in constituendis Episcopis potestatem fuisse: nec post factam demum Electionem, nudo illo assensu fuisse contentos, quem eis recentiora Concilia, & Decretales relinquunt; quæ nunquam obtinuerunt in Galliâ. Nec in Angliâ quidem, ab eo saltē tempore, quo Guillelmus primus, statu regni immutato, Gallicanas Leges & Iura intulit in Angliam, vt infra dicemus.

Idem in Hungariâ probat cap. 4. de Postulatione, & ipsius Hungariae Regis Epistola ad Alexandrum III. quæ extat inter acta Alexandri III. nuper edita in fine Narrationis Concordia, inter Alexandrum III. & Fridericum I. pag. 195. & 196.

Idem de Poloniâ, in Epistola 89. libri 14. Registri Innocentij III. De Daniâ, in Translatione Absalonis in Lundensem Archiepiscopum: de quâ vide Saxonem Grammaticum lib. 13 sub finem. Quibus ex locis colligitur, assensum Electioni iam factæ Pontifices tantum concessisse; ante factam Electionem denegasse. Adde cap. 14. hoc tit. Epistolas 202. & 204. lib. 15. Registri Innocentij, quæ ad Regnum Cypri pertinent; in

*De Iure Regio
in Electionibus,
Postulationibus,
& Translationibus.
Vide supra tit.
de Postulatione
in pr. & hoc tit.
vbi de Abba-
tum Electioni-
bus §. quod an-
tem regulariter
& seqq.*

*De Angliâ vide
d. §. quod an-
tem regulariter,
& infra vbi de
Regis Anglia
Iure in Elec-
tionibus.*

quo obtinebat contraria Consuetudo. Nempe Regis consensus præcesserat Electionem.

Pertinet ad 2.
stirpem Re-
gum nostro-
rum.

Eodem iure semper vfa est Gallia : vt non tantum Electionibus factis Reges nostri assensum accommodarent ; sed etiam ante ab eis eligandi facultas impetraretur. Agnouit Nicolaus I. Epist. 66. Quin & saepius offerebant è Palatio Clericos , qui si digni forent , statim post examinationem Metropolitani consecrabantur , Concilium Valentini can. 7. [tomo 3. Conciliorum Gallia . Sed & si à servitio pij Principis nostri aliquis Electorum venerit , ut alicui Civitati proponatur Episcopus , timore casto sollicitè examinetur , primùm cuius vitæ sit , deinde cuius scientia : & vigore Ecclesiastico sub oculis omnipotentis Dei agat Metropolitanus in hac parte , Episcopis sicut Dei Ministris adiutoriū ferentibus , ne maculatae vitæ , & pompis saeculi turbidus , & simoniaca heresi pollutus , humilibus & mundis membris Christi , Ecclesiaeque ipsius superponatur. Et Clotarij II. Edictum tomo 1. Concil. Gallia . Ita ut Episcopo decedente , in loco ipsius , qui à Metropolitanō ordinari debet , cum Provincialibus à Clero & populo eligatur : & si persona condigna fuerit , per Ordinationem Principis ordinetur : vel certe si de palatio eligitur , per meritum personæ , & doctrinæ ordinetur .] Quâ de re accurate differuit doctissimus Sirmondus in fine tomi 2. Conciliorum Galliæ : adiunge Tomum 2 de Privilegiis Ecclesiæ Gallicane tit. 15.

ADDAMVS pauca : Primùm ex Floro , qui sub Ludouico Pio , [& eius filiis floruit ,] in fine operum Agobardi ; quamdiu Romanis Gallia paruit , Clero & Populo Electiones permissas. [Sed & requitus consensus Magistratus ex electione Germani , & formula Marculphi colligitur , de quibus supra pag. 103. in fine & seq. nota 1.] Postea , sub Regibus stirpis primæ , saepius sola autoritate Regum , & electi , & constituti fuerunt Episcopi. Inter Epistolas Bonifacij , notanda est Epistola 92. & tomo 1. Conciliorum Galliæ , Concilium Leptinense pag. 537. can. 1. [quem vide] , Concilium Suectionense can. 3. pag. 344. iungendus Autor vite Bonifacij Martyris cap. 7. 8. 9. 10. Bonifacij Moguntini Epist. 97. Quibus locis constat sub [tribus postremis Regibus Merouingiis ,] Maiores domus consensum suum , vice Regiâ , in Electionibus Episcoporum præbuuisse.

Vide supra tit.
d: Postulat. fere
initio , & hic
infra vbi de Re-
gis Anglia iure
in Electionib.

§. non tantum
& seqq.

Parcius verò sub secundâ stirpe. Nam saepè permissæ fuerunt Electiones Clero , & Populo. Consensus tamen Regis , ante & post Electionem requirebatur. Imò & Iuramentum fidelitatis ab Episcopis præstabatur. Quod de seipso Agobardus Lugdunensis Archiepiscopus fatetur , in tractatu de comparatione utrinque regiminis pag. 362. Eadem de re Florus. Quod vero in quibusdam Regnis postea Consuetudo obtinuit , ut consultu Principis Ordinatio fieret Episcopalis , valet utique ad ciuilē fraternitatem , propter pacem & concordiam. Vide Lupi Ferrariensis Epistolas , [maximè 81. & notata à doctissimo viro ad tomum 2. Libert. Eccles. Gallic. cap. 15.]

Sub tertia stirpe idem obseruatum constat , ex Epistolis Fulberti Carnotensis Episcopi , qui sub Roberto Rege floruit. Iuonis , & aliorum , frequentes super ea re Epistola , & testimonia supersunt. [De autoritate Regis Galliæ in Electionibus vide Igneum. in repetitione §. non alias

AD LIBRI I. DECRET. TIT. VI. DE ELECT. ET ELEC. POT. 153
alias ff. de S.C. Syllan. num. 382. & seqq. & n. 608. & seqq. usque ad 620.]

Ius simile in Hispaniâ, sub Regibus Visigothorum. Nam in Con- Regis Hispanie
cilio Toletano XII. cap. 6. constitutum, ut omnibus Episcopatibus *Ius in Electioni-*
přficiendos Episcopos Rex eligeret, & Toletanus Archiepiscopus bus.
Electos probaret, & ordinaret; cum antea consensu Cleri, & Populi,
Electiones Episcoporum celebrarentur, secundum formam traditam in
Concilio Toletano IV. can. 19. & ex tribus formulis in fine dicti Con-
ciliij additis: in quarum *prima*, hoc loco, *quod connuentia seruorum*
fuit pro tali, legendum, *connuentia*. Nam Scriptores illius
ævi, *connuentiam*, pro consensu accipere solent; Iuretus ad *Iuonis*
Epistolam 220.

Post varias mutationes, quæ in Hispaniâ contigerunt, reuocatum &
retentum fuit Constitutum dicti Conciliij Toletani XII. vt notat ad
dictum Concilium Garsias; & in singulari Tractatu eiusdem de Pri-
matu Toletane Ecclesie, edito in fine dictæ Synodi Toletanae. *Que*
Synodus non est in Canone. Ita enim distinguit Rodericus. *Alia Syno-*
dii sunt in Canone, id est, in Collectione vetere; *alia non haben-*
tur, inter quas ista de Primatu; quia ius singulare & rurior conti-
nebat.

S V M M V M etiam Ius in Electionibus Angliæ Reges retinuerunt, Regis Anglia
ad exemplum & instar Regum nostrorum. Vnde statim in Praefatione *Ius in Electione*
Historie Eadmeri Cantuariensis, ita de Guillelmo I. Conquestore. *Ex nibus.* De quo
eo quippe tempore, quo Guillelmus Normania Comes, terram illam de- vide etiam su-
bellando sibi subegit, nemo in eâ Episcopus, vel Abbas, ante Anselmum pra, vbi de Ab-
factus est, qui non primò fuerit homo Regis, ac de manu illius Epis- batum *Electione*-
copatus, vel Abbatie inuestituram, &c. Ipse Anselmus Epistola 149. *nibus in fine.*
ita loquitur, de Electione Thomæ Eboracensis Archiepiscopi. *Quo-*
niam autem Regi placuit, consilio Baronum suorum, & nostra concessio-
ne, ut vestra persona eligeretur ad Archiepiscopatum. Confirmant passim
Ioannis Saresberiensis Epistola 292. 295. 297. & sequentes; vbi de Ri-
chardi Cantuariensis Archiepiscopi Electione. Licet enim post cædem
Thomæ Cantuariensis, liberas Electiones vacantium Ecclesiarum fieri
concessisset [Henricus II.] tamen ab eo facultas eligendi petebatur:
quod ius nominatim confirmatur à Lucio III. in cap. 5. hoc tit. in 1.
Collectione. Et Electus in locum Thomæ Cantuariensis Richardus, fi-
delitatem Regi iurauit, salvo ordine suo ante *Consecrationem*, quam
postea ab Alexandro III. accepit.

Quin imò & Henricus Iuuenis, post suam Coronationem factam
viuo Patre, Electionem Richardi, & aliorum, irritas esse contendebat, quia consensus eius non fuerat requisitus, Ioannes Saresberien-
sis Epist. 298. Vide Matthæum Paris ad annum 1173.

Tandem obtinuit Electionum forma, quæ præscribitur in uno ex
xvi. Capitulis Consuetudinum, sive Libertatum, quæ tot turbas conci-
tauerant in Angliâ. Extant apud Matthæum Paris ad annum 1164.
Richardus enim Cantuariensis Archiepiscopus, Successor Thomæ, &
illius exemplo cautior factus, per omnia in Electionibus Episcopo-
rum, atque Abbatum, morem gessit Regi: eámque ob rem Alexan-
dri III. increpationes meruit in cap. 25. de Appellation. iunctâ antiquâ:

nec omisit diligens Parkerus initio *vita Richardi*.

Non tantum Regum consensus desideratur; sed & eorum, quibus vices Regiae concessae sunt: siue generaliter; quo casu speciali mandato non est opus; siue etiam specialiter. Possunt enim Reges singulatiter, vices suas in Electionibus, & Regalium iure, committere aliui: reliquam verò administrationem alteri demandare. Quod solet euenire, propter longas peregrinationes, captiuitates, & morbos. [Vide quæ nos supra ad Tit. de Postulatione initio. Tomum 2: *Libertatum Eccles. Gallic.* pag. 363, p. 367. num. 12. p. 369. n. 17. p. 343. n. 34. & Aimoinum de Brunichilde lib. 3, cap. 55.]

Primo casu, quando generaliter, Ruzæus 2. parte tractatus iuris Regaliorum, priuilegio 16. fatetur quidem, in solum Delphinum, & Regis Filium primogenitum, cum vniuersâ & liberâ administratione, illa iura transire; & exemplis probat: in extraneos, negat; vt alij quidam. Contrarium tamē videtur verius, plurib[us]que exemplis evidenter confirmamus.

Suprà diximus, Maiores [domus Carolomannum] & Pipinum in constitutis Episcopis consensum adhibuisse.

Tria præterea illustria exempla, ab Interpretibus non animaduersa, notabimus.

Primùm in cap. 4. de Postulatione, Regis assensus in Strigoniensis Archiepiscopi Postulatione petitus est ab Andreâ Duce, qui in antiquâ Decretali ita designatur, *Andreas tunc Dux, & Regni Vngarici, Ludonici Nepotis sui Regis nomine*, cuius tutelam & Regni curam, ipsi, frater eius commiserat, *Gubernator, Regent*. Alterum extat in cap. 17. hoc tit. si conferamus cum Epistolâ 172. libri 2. Registri, ex quâ dictum capitulum sumptum est. Agebatur de Electione Episcopi Pennensis, qui in Regno Neapolitano situs est, in Apprutto. Additur in dictâ Epistolâ sub finem, quod in dicto capitulo 17. & in antiquâ, est omissum, à nobis, ut dignum fuerit, vice Regiâ, petituri Consensum: & Confirmationem, autoritate Apostolicâ, recepturi.

Tertium extat in cap. 18. quod coniungendum est, cum cap. 19.

Hæc Electio Vtrumque enim pertinet ad Electionem Metropolitani Capuensis. Et incidit in *an-* ita restituenda inscriptio cap. 19. Archidiacono, & Capitulo Capuano: num 2. Inno- sic antiquâ & vetus versio Gallica. Absurdè in quibusdam Codicibus, Archiepiscopo, & Capitulo. In fine dicti cap 18. ita loquitur Christi verò Innocentius III. ad audience nostram nuncios idoneos transmissuri, 1199. mense per quos à nobis, vice Regiâ, postuletis Assensum, & Apostolice confirmationis gratiam requiratis. Quare Innocentius III. præter Confirmationem, quam ait sibi competere in vicinas Sedes Archiepiscopap. 177. datam les, addit postulandum à se assensum vice Regiâ? Omnes Interpretantes Octobri, tes, hunc Nodum soluere non potuerunt. Propius ad veritatem & 251. lib. 2. accedit vetus versio Gallica, his verbis. *Et si poumons noter que l'Archistri Inno-* posteille a en aucunes Eglises cette dignité, que les Princes ont en celles centij III. qui sont sous eux, que l'on appelle, Regale. Primus doctissimus à Costa,

Vide Conti- Præceptor meus, veram huius loci interpretationem indicauit, ex nuatorem Ba- Historiæ fide. Constantia vidua Henrici VI. Imperatoris, & Regis nonij ad annum Neapolitani, [siue Regni Neapolitani Inuasoris,] testamento tute-

Iam * Friderici filij sui impuberis, Innocentio III. & Sedi Aposto- Christi 1198.
licæ commiserat. * Itaque in vniuerso Regno Neapolitano, & Princi- num. 64. vsque
patu Captiæ , vices Regis , & Domini gerebat: & sic per conse- ad num. 69.
quentias suum assensum præbuit in huiusmodi Electionibus. Probabat & iterum ad
doctissimus Antecessor ex lib. 2. Registri Innocentij III. epistola 232. an. 1211. num.
ad populum Capuanum , & epistola 244. ad populum Ciuitatensem : qui- 5. vbi de Elec-
bus addimus veram speciem d. capituli 17. hoc tit. Autorem Gestorum tionum Con-
Innocentij III. pag. 10. & 20. epistolas 551. 552. 553. [554. 555. 556. firmatione.
& maximè 557. & 558.] lib. 1. Registri : & plerasque ex libro 5. M.S. * Hoc conti-
quas beneficio doctissimi & humanissimi Andreæ du Chesne, nacti su- git anno Christi
mus , Balium Regni Imperatrix Constantia Domino Papa dimisit , ab 1198. quo obiit
omnibus iuramento firmandum , quoniam ad eum spectabat , tanquam Constantia 27.
Dominum* principalem. Regnum enim Neapolitanum , [Siculum, Apu- die Nouembris,
lia,] Campania , [& Melititanus Principatus ,] Feudi iure concessa anno primo Pon-
fuerunt à summis Pontificibus. Et paulò ante mortem Constantia tificatus Inno-
postulauerat ab Innocentio III. ut regnum Siciliæ , Ducatum Apuliæ , centij. De cu-
ac Principatum Capuæ , sibi , & filio suo , concedere dignaretur , ius Constantiæ
Gesta Innocentij III. pag. 9. quod & nuper adnotauit Autor Notitiæ matrimonio
Ecclesiarum Siciliensium , in Chronologia Regum Sicilia , quem adi si lu- cum Henrico
bet pag. 15. 16. 17. qui epistolam 507. Innocentij refert ex lib. 1. Registri filio Friderici
editionis Basileensis : alio tamen ordine citatur à dicto Autore Notitiæ ; Aenobarbi , vi-
mendosè fortè ; [vel ex Romana editione Registri.] de Monachum
Cassinensem

Scriptorem anonymum historia Sicula pag. 146. 147. & 155. ibi : Constantia Imperatrix fi-
lum parit in Marca Anconitana , &c.

* Vide Epistolam 79. lib. 14. Registri Innocentij , vbi de Policastrensis Episcopi Elec-
tione in irritum deducta. Notas in eandem epist. pag. 125. Gesta Innocentij III. pag.
8. & Baronij Tractatum de Monarchia Sicilia pag. 77. De forma vero Electionum
Episcopalium in Regno Siciliæ , Neapolitano , Apulia , & Campania vide epist. 407:
408. & 409. lib. 1. Registri Innocentij III. cap. 18. & 19. hoc tit. & Notitiam Siciliensium
Ecclesiarum pag. 38.

* Alibi Dominum Capitalem vocat, infra Tract. de usu & autor. Pallij ad cap. 4. de
Electione in fine.

Speciali vero mandato , posse cuilibet , vice Regia , demandari Iura
omnia Regia circa Electiones , Collationes , Præsentationes , atque
Nominationes Beneficiorum , constat : quia sunt in fructu. Potest enim
à fructuario , non quidem ius ipsum ; sed facultas percipiendi fructus ,
durante iure ususfructus , demandari.

Huius mandati specialis plura exempla nuper edita sunt tomo 2. Li-
bertatum Ecclesie Gallicanæ tit. 16. num. 3. 12. 13. & 17. [quibus adde
Igneum in repetitione §. non alias ff. de S. C. Syllaniano num. 330. & seqq.

Nec tamen transeunt huiusmodi iura Regalia , vna cum vniuersitate , id est , Concessione alicuius Ducatus , vel Comitatus , in quibus ,
vel Episcopatus , vel Abbatiæ sunt sitæ : quod recte loco citato probat
Ruzæus. Coronæ enim inhærent , nec ab eâ separari possunt. Quam in
rem notandus locus Rigordi in vita Philippi Augusti ; vbi de bello inter
Philippum , & Hugonem Ducem Burgundiæ pag. 172. Reges Franco-

rum predicas Ecclesias, Episcopatus, & Abbatias præcipue intelligit, in sua libertate semper custodire cupientes, quibuscumque Principibus terras custodiendas tradidissent; tamen Ecclesias, sub potestate sua, & protectione, retinuerunt. Quod & notat vetus Autor *Tractatus de Exemptionibus*, qui tempore Concilij Basileensis scriptus sub Eugenio IV. ut ipse, in fine sui *Tractatus* prodidit.

Vide infra sub finem §. Postea ins Cleri.

Notandum etiam, huiusmodi Consensum, & autoritatem Regum, tam in Electionibus, siue Episcoporum, siue Abbatum, quam in Collationibus Beneficiorum, habere locum, etiamsi Prælati decesserint in Curiâ Romanâ; quamuis Pontifices, & Interpretes contrarium sentiant. Quam in rem notanda est insignis controvërsia, inter Innocentium III. & Ioannem Regem Angliæ, super Electione Stephani de Lanqueton Angli Cardinalis, in Cantuariensem Archiepiscopum, quæ facta fuerat in Curiâ, iussu Papæ, à quibusdam Monachis Cantuariensis, pro tempore in Curiâ, super Electione litigantibus, Matthæus Paris ad annum 1207. Cum enim Monachi responderent, sibi non licere, præter consensum Regnum, & sui Conuentus, canonicam celebrare Electionem; respondit Pontifex, in Electionibus celebratis apud Sedem Apostolicam, non solere assensum Principum expectari. Vnde grauissimæ turbæ à Rege Angliæ excitatae, ut ex Scriptoribus illius sæculi constat. *Gesta Innocentij III.* pag. 191. & Parkerus in vita Stephani.

Nec tantum Electiones; sed etiam Consecrationes, in Curia à Pontifice fieri, Metropolitani Galliæ agrè tulerunt, Iuo Epist. 1. 2. 8. & 12. de se ipso ita loquitur. *Dicent me in Maiestatem Regiam offendisse, qui à Sede Apostolica præsumpsericim Consecrationem accepisse.* Nam Iuo ab Urbano II. Papa, consecratus fuerat, [Fulbertus Carnotensis epist. 30. Leutherico Archipresuli Senonum. Aurelianensem Odolricum ego quidem ad Episcopatum non elegi, sicut vobis dictum est; sed à Clero & Populo sue Ciuitatis electum sacrae Presbyterum. Quod cum Romam ire velle audisti, & ibi creari Episcopum, dissuasi vestri honoris gratia. Sed & ipse gratanter dissuadenti paruit, suggestoribus fidelibus suis, Rodulpho scilicet & Herfrido. Adde tomum 2. *Probationum Libertat. Eccl. Gallic.* pag. 404.]

Vide Pithœi Tractatum de Libert. Eccl. Gall. & quæ nos infra sub finem huins tractatus.

Nec etiam habet locum in Beneficiis vacantibus in Curiâ, quorum scilicet Collatio, iuræ Regaliæ, ad Reges nostros pertinet. Idque Gregorius X. declarauit; cuius extat Bulla nuper edita, Tomo 2. *Libertatum Gallie tit. 16. num. 18.*

Ex his colligimus, quanta fuerit Regum nostrorum, & aliorum, autoritas & potestas in Electionibus Episcoporum, & Abbatum, etiam vigente iure communi; quo Electiones, communi consensu Cleri, & Populi peragebantur. Quod Ius Regibus competit, tum propter præcellentem eorum dignitatem, tum propter specialem Tutionem, & Protectionem, seu Custodiam, quam Ecclesiis impertiuntur. Accedit hæc summa ratio, quæ in priuato quolibet Patrono locum habet: quia Ecclesias, & plerasque Abbatias, & Prioratus dotauerunt, & ditauerunt, non tantum amplis possessionibus & redditibus eis assignatis; sed etiam Ciuitatibus & Ducatibus. Notauit Rigordus loco citato.

MIRVM I GITVR NON EST , si propter huiusmodi liberalitatem & munificentiam Regum , maximè propter vtilitatem publicam , & Episcopatum , securitatem ; olim quidem , per annulum , & virgam * , Inuestituram Abbatiarum , Episcopatum , & Abbatiarum , per minum Regis acciperent ; & Inuestituram *Abbatiarum* , & Episcopatum , & Abbatiarum , per minum Regis acciperent ; & Inuestituram *Prioratum* , & Inuestituræ tempore , hominum , & fidem iurati , in scriptis præstarent . Consequenter , quoties opus foret , obsequium atque seruitum præbere tecum ciorum Ecclesiæ nebantur : si defuissent , Regalibus eorum confiscatis , emendare co- fisticorum . gebantur , & per omnia ferè , cum reliquis Vassis dominicis , æquo iure censebantur .

Eadem ratione , defuncto Episcopo , vel Prælato , *Regalia Vacantia* , sicut reliqua Feuda , quoties vacant , nomine Regis occupantur : & donec à Rege nouus Prælatus , Sacramento præstito , Regalia receperit ; interim fructus omnes suos Rex facit . Fructus , inquam , omnes : & per consequentias , Collationes etiam Beneficiorum , quæ tempore mortis Episcopi , vel iure & facto , vel iure tantum , vel facto tantum , vacant .

Excipiuntur tantum Parochiales Ecclesiæ , iure nostro , & constitutio- nibus Regum nostrorum : nisi fortè Canonicatui , vel Præbendæ Paro- chialis Ecclesia sit annexa .

Hoc quidem Ius Regium , cum sit antiquissimum , simul cum Regno natum . Huiusmodi Collationes præiudicium non patiuntur , per iura recentiora : nec eis potest derogari , per Decretales , Statuta particula- ria Ecclesiæ , Pragmaticas , Concordata , Indulta , vel Mandata Apostolica . Imò , quoties lis de Iure Regaliarum oritur , omnibus Iudicibus interdicitur cognitio , etiam in primâ instantiâ . In hoc enim Iure disceptando solos Iudices experimur , qui Curiam in Parlamento Pa- risiensi constituunt .

Nec tantum ratione , & iure communi , inducta sunt *Iura Regalia* ; sed præterea diurno visu , & longa consuetudine confirmata fuerunt , vel ipsorum Pontificum testimonii & autoritatibus , quorum pleræque fuerunt omissæ ab his , qui de Regalibus scripserunt : cum tamen hoc præcipue fuisset probandum . Nam qui aduersus Regalia scripserunt , omnes ferè Canonistæ , usurpationem & nouitatem obiciunt . Quidam eorum temerè nimis , corruptelam potius , quam con- suetudinem : qui modestius , referunt ad priuilegium & indultum Pon- tificum .

Omnes autem simul veteres & noui , inuehantur aduersus Inuestitu- ras , quæ siebant per traditionem annuli , & virgæ pastoralis , ante Con- secrationem Episcopi , vel Abbatis futuri : sicut Iure Feudorum , In- uestitura siebat , per fictitiam traditionem , Fustis verbi gratiâ , Annu- li , Ensis , Vexilli , vel alterius symboli , Vassalo factam : & per eam ius Feudi conceditur , id est , obligatio & actio acquiritur , per quam Dominus possessionem corporalem feudi , cuius inuestituram fecit , tra- dere compellitur exemplo emptionis : nec liberatur si paratus sit solue- re quod interest , tit. 1. de Feudis §. si Archipiscopus lib. 4. tit. 15. & cap. 5. infra de Donationibus : quibus ex locis aperte Inuestitura , à tra- ditione corporali , & inductione in possessionem separatur .

Eadem ratione Inuestitura usurpatur , non tantum in Episcopatibus ,

De Inuestituris
Episcopatum ,
Abbatiarum ,
Prioratum , &
aliorum benefi-
ciorum Eccle-
siasticorum .

* De virge mul-
tiplici signifi-
catione vide
Chrysosto-
mum tomo 3.
edit. Parisien-
sis pag. 325.

Vide supra ad
tit. de Consue-
tudine pag. 99.

& Abbatii; sed etiam in minoribus Dignitatibus, & Officiis, in quibus per Annulum, ut in cap. 4. de Concessione Præbendæ, vel aliud Symbolum Inuestitura siebat. Canonicus inuestitur per librum & panem, in integra epistola Innocentij III. lib. 5. Registri MS. ex quâ sumptum cap. 7. de Concess. Præb. & cap. 4. eod. tit. in 3. Collect. In cap. 3. de his quæ fiunt à maiori parte Cap. in signum Inuestituræ Præposituræ Augustensis, Annulus aureus mittitur. Iunge Epistolam 6. libri 1. Goffridi Vindocinensis, & notas doctissimi Interpretis ad d. epistolam 6. & ad epistolam 25. lib. 5. in tabulis Concessionis Decimarum, quas Adelardus de Castro Gunterij obtulit sancto Albino. Donum Inuestitura porrigeret in cap. 46. de Appellatione.

Inuestituras huiusmodi, siue ficticias & imaginarias traditiones, à possessione corporali rectè separant Interpretes ad cap. 22. de Præbendis: quæ quidem corporalis possessio, in Beneficiis Institutio appellatur; de quâ tit. de Institutionibus infra. Malè tamen ibi, cum inuestitura, ab Ostiensi, & aliis quibusdam confunditur. Institutio namque est induetio corporalis in possessionem; verbi gratiâ in Præbendis in cap. 22. cùm ea, quæ ad Canonicatum pertinent, cum Stallo Chori, & Loco Capituli assignantur.

Huiusmodi autem ius, & consuetudo inuestiendi Episcopos & Abbatess, per Annulum, & Virgam, post Electionem, ante Consecrationem, inoleuerat ferè per vniuersam Europam: eoque Imperatores per Germaniam & Italiā vtebantur. Imò & Pontifices Romanos, & instituendi, & inuestiendi potestatem sumebant. In Galliâ, Angliâ, Hungariâ, & Poloniâ, idem usurpatum.

Mortuo nempe Episcopo, vel Abbate, Baculus, Ferula, vel Virga pastoralis, & Annulus, deferebantur ad Imperatorem, vel Reges: qui post Electionem, quam & sàpè pro arbitrio suo fieri curabant; vel omnino etiam, præcipue in Germaniâ, omittebant, futuro Episcopo, vel Abbatii dabant; eumque inuestiebant. Cum verborum, & rerum compendio Historici, & alij Scriptores loquuntur, *Episcopatus, & Abbatias, per manus Imperatoris, vel Regum accipere.*

Verum huiusmodi Inuestituras, quæ per concessionem & traditionem Episcopalium Insignium peragebantur, in pluribus Conciliis damnauerunt Romani Pontifices, [inter quos præcipiuus meritò] nominatur Gregorius VI I. quem secuti sunt proximi Successores, maximè Urbanus II. & Paschalis II. sub Henrico IV. & V. Imperatoribus, [quorum plures Canones referuntur à Gratiano in Causa xvi. Q. 7.] Vnde Inuestitura vocabatur passim, *Henriciana heresis & Simonia.*

Donec tandem, sub Calixto II. in Concilio Lateranensi [I. Generali IX. anno 1119. conuocato, & anno 1122. celebrato cuius Praefatio omnino legenda,] pax & concordia inter Pontificem, & Henricum V. Imperatorem, composita est; eâ conditione nempe, vt Imperatores in omnibus Ecclesiis, & Monasteriis, liberam fieri Electionem, & Consecrationem concederent: itemque, vt non amplius inuestituras facerent, traditio annulo, vel virgâ Pastorali; sed vt Regalia & eorum fictitiam possessionem traderent, per Sceptrum; eisque ab Episcopis, & Abbatibus hominium & fides, per iuramentum ex-

hiberetur. Plenissimè concordiam illam retulit Conradus Vrspergensis ad annum Christi 1122. & Anselmus Gemblacensis ad eundem annum. Adde omnino Othonem Frisingensem lib. 7. cap. 16. & 17. Vvilemum Malmesbur. lib. 5. pag. 166. 167. & seq. Martinum Polonum in Henrico IV. Imperatore, & Paschali II. ex quibus desumpta sunt, quæ notauerunt Baronius, & Binius in Conciliorum tomo 3. parte 2. ad Concilium Lateranense, sub Calixto II. [Præcipue videnda historia d. Concilij Lateranensis I. & quæ habentur tomo 1. Hist. Francice pag. 89. 288. 289. & 366. in fine.]

Has autem atque alias de Inuestituris controversias; earumque progressus, & euentus, plenissimè & doctissimè retulit doctissimus Iuretus ad epistolas Iuonis 8. 60. 233. 236. 237. 238. & seq.

In huiusmodi difficillimis temporibus, præsentissimum Galliæ auxiliū senserunt Pontifices: pulsi nempe ab Imperatoribus Urbanus II. vbi de Electione Paschalis II. & Gelasius II. in Galliam confugerunt: vbi & multa Con*ne summi Pon*cilia habita super inuestituris. Vide Goffridi Vindocinensis Epistolas; tifcīs, initio. & inter eius opuscula, tres de Inuestituris tractatus.

In illa quæstione Goffrido conuenit cum Iuone. Non rectè quidam dissentientes Iuonem, & Goffridum inducit. Nam in opusculo 4. agnoscit, aliam esse Inuestitram, quæ perficit Episcopum, in Consecratione scilicet, quæ iure divino Episcopis solis permittitur, Laicis nunquam: aliam quæ pascit, & ex iure humano habetur [quæ scilicet exterior Inuestitura dici potest.] Posse autem Reges sine offensione, post Electionem canonica*m*, & Consecrationem, per Inuestitram Regalem, in Ecclesiasticis possessionibus, concessionem, auxilium, & defensionem Episcopo dare: quod quolibet signo factum extiterit, Regi, vel Pontifici, seu Catholica Fidei, non nocebit.

Doctissimus Iuo Epist. 60. Dominus quoque Papa Urbanus Reges tantum à corporali Inuestitura excludit, quantum intelleximus: non ab Electione, in quantum sunt Caput populi, vel Concessione; quamvis VIII. Synodus, (vide Can. I. Dist. LXIII.) solùm prohibeat eos interessere Electioni, non Concessioni. Quæ Concessio, sine fiat manu, sine nutu, sine lingua, sine virga, quid refert? cum Reges nihil spirituale se dare intendant; sed tantum, aut votis potentium annuere, aut villas Ecclesiasticas, & alia bona exteriora, quæ de Regum munificentia obtinent Ecclesia, ipsis Electis concedere. Iterum Iuo Epist. 236. in fine. Si vero congrua nomina rebus dare volumus, possimus dicere, quod illa manna- lis Inuestitura, per Laicos facta, alieni iuris est pernasio, & sacrilega presumptio, quæ pro Libertate Ecclesie, & honestate, salvo pacis vinculo, si fieri potest, funditus abscondenda est. Vbi ergo sine schismate auferri potest, auferatur: vbi sine schismate auferri non potest, cum discreta reclamatione differatur. [Ioannes Lugdunensis apud Iuonem epist. 237. circa finem. Et licet exteriores Inuestituras, per Laicos factas, non satis propriè heresis nomine conceamus: sentire tamen ac defendere fieri debere, indubitate heresis est. Adde Notas Iureti ad Epist. 60. 236. Ordericus Vitalis Hist. Eccles. lib. 3. ad an. 1059. loco insigni pag. 477. Anno ab Incarnatione Domini 1059. Indictione 12. Ut licenses Rodbertum de Gentemaisnilio sibi elegerunt Abbatem, rationabiliter considerantes in

prefati viri electione multimodam commoditatem, tam proptereius claram generositatem, quam ardentem Monastica rei procurationem, & in agendis rebus efficaciam & strenuitatem. Hunc itaque confirmato totius Congregationis consensu Ebroas duxerunt, ibique Villelmo Duci presentauerunt, eique Monachorum electionem atque petitionem intimaverunt. Dux autem eorum petitioni acquieuit, & præsato viro, qui electus erat, per Cambutam Iuonis Episcopi Sagiensis, exteriorem Abbatia potestatem tradidit. Villelmus vero Ebroicensis Episcopus interiorem animalium curam per Pontificalem benedictionem xi. Kal. Iulij spiritualiter commendauit.] Ab his non valde differunt, quæ Eadmerus lib. 5. histor. nouor. sub finem. Aliquando Reges Anglia, annulum tantum tradebant; baculus autem super altare positus, ab Episcopo sumebatur.

Prudenter Iuo: nam tandem precibus Pontificum, & Episcoporum, plurimi Reges induci, Inuestituras, per annulum & virgam, restituerunt Ecclesiis: hominum vero, & fidelitatis Sacramentum retinuerunt. Et quidem Iuo epist. 190. semper in Galliâ obtinuisse ait, ut omnes Episcopi, Regibus nostris, per manum, & sacramentum, fidelitatem facerent in scriptis. Adhibe Iuretum. Multæ huius sacramenti formulæ nuper fuerunt editæ Tomo 2. Libertatum Galliæ cap. 17. [Quod quidem fidelitatis Sacramentum, ante quam Regalia cesseret, debet Episcopus personaliter, non per procuratorem Regi exhibere.]

Occurrit mentio iuramenti præstiti à sancto Patriarcha Ignatio apud Nicetam, in vita Ignatij, quem his verbis loquentem exhibit, ὁ δὲ παρῆντα σύμφωνος, scilicet Ignatius, ἀδύνατο μοι τὸ τοῦ ποτεῖν, &c. Τὸς γὰρ Εκκλησίας τὸς οἰκαγος ἡ ἀρχὴν ἐγχειρίζομεν, ἔγγειον ὅπερι εἰδέμεν, αὐτοῖς δὲ βασιλείας ὑμῶν επέβαντο, ἢ οἰκεῖον επίρρεα πότε διαλογίσασθε, &c. Orientis ergo & Occidentis Ecclesiæ in hoc articulo conueniunt, ut in fine huius tituli pluribus confirmabimus. Redeamus ad Inuestituras.

Angliæ etiam Reges Inuestituras, post grauissimas controværsias, & exilia Lanfranci, & Anselmi Cantuariensem Archiepiscoporum, & aliorum Episcoporum, tandem restituerunt: quam in rem insignes sunt ipsius Anselmi epistola lib. 3. epist. 70. & seqq. epist. 88. 104. 105. 121. 134. 140. & 153. quibus iungenda, quæ in vita Anselmi scriptis Eadmerus Anselmi comes indiuiduus, & Guillelmus Malmesburiensis in Henrico I. pag. 163. 164. ex quo potissimum colligitur, Henricum I. tandem remisisse Inuestituras, per annulum & virgam; retinuisse hominum, ius in Electionibus, & Regalia.

Nec tamen eius Successores perstitisse semper, eruditè notat doctissimus Seldenus initio notarum ad Eadmerum; & confirmatur, epist. 48. lib. 13. Registri Innocentij III. In qua tractatur, de suscipiendis omnibus Ecclesiis, seu Episcopatibus Hiberniæ, sub protectione Apostolica. Epistolæ illa verba notanda. Adiucimus quoque, ut cum te, vel aliquem Suffragancorum tuorum, mori contigerit, Baculus Pastoralis, & Annulus, in Ecclesia remaneant propria, sub fidei custodia constituti, ad successoris usum, cum Deo faciente Consecrationem acceperit, conseruandi.

In Regno Scotiæ, Inuestituras Episcopatum, saltem per annulum, à Regibus factas fuisse, autor optimus est Eadmerus lib. 5. *historie* pag. 130. 131. & seqq. vbi notanda sunt verba cuiusdam Eadmeri electi ab Alexandro Scotiæ Rege, in Episcopum sancti Andreæ. *Annulum*, ait, quem de manu Regis suscepit, libens reddam, eâ re, quod nihil potestatis, quæ in eo significatur, in illo acceperit; *Laico scilicet dante*, cui tale quid nihil attinet. *Baculum autem*, quem super altare, præsentibus duobus *Episcopis sumpsi*, ponam vbi assumpsi. & eum dispositioni Iesu Christi commendabo.

Reges Hungariæ pariter Inuestituras Episcoporum, & aliorum Prælatorum remiserunt, quas usque ad tempora Paschalis II. facere consueuerant, Martinus Polonus in *vita Paschalis II.* In Electionibus tamen, Depositionibus, vel Translationibus Episcopotum, ius suum retinuerunt: imò & ius Regaliæ, cuius nominatim mentio fit in diplomate Bélæ Regis Hungariæ ad Alexandrum III. anno 1169. Extat inter *acta eiusdem* Alexandri III. nuper edita post *Concordia Narrationem*, inter *Alexandrum II I. & Fridericum I.* pag. 196.

Tardiùs in Polonia, huiusmodi restitutionem factam fuisse reperimus: vix sub Innocentio III. eius Pontificatus anno 14. ex epist. 89. lib. 14. *Registri Innocentij*. In qua præterea notanda cautio, & *tuþnua Ecclesiæ Posnaniensis*. Cùm enim tantum post Consecrationem annulus & virga tradi solerent; statim post Electionem, ante Confirmationem, Electus annulum & virgam acceperat: adeoque meditatè & consultò, ad abolendam Consuetudinem, imò Corruptelam potius: quia antea Duces Poloniæ Episcopatus consueuerant pro sua voluntate conferre, insigniis huiusmodi assignatis.

Quinimò Imperatores Germanorum, Reges Angliae, & Scotiæ, statim post mortem Prælatorum, antequam de Electione tractaretur, iubebant ad se deferri *annulum*, & *virgam*. Passim confirmatur, tam ex *Historia Ecclesiastica Archiepiscoporum Hamburgensium*, scripta ab Adamo Bremensi, quam ex *Chronico Cameracensi*, à Balderico Nouiomensi Episcopo scripto: ex quo notandum lib. 3. caput 63. in fine, & 64. vbi mortuo Gerardo Episcopo Cameracensi, cum Casatis, seu Valsalis, reportasse dicuntur Baculum Pontificale, atque nunciasse Episcopi sui depositionem Henrico II. Imperatori. Præterea in dicto cap. 64. dicitur, *Henricum II. Imperatorem donasse Episcopatum Camerensem*, & *Atrebatensem Lietberto*, qui postea fidelitatem Imperatori promisit, id est, fidelitatis Sacramentum. Passim etiam in dicta *historia Archiepiscoporum Hamburgensium*, Imperatores donare Episcopatum, per ferulam, virgam, vel cambucam dicuntur.

Idem de Anglia, & Scotia, Eadmerus statim in *Præfatione historie*, & lib. 5. pag. 132. & seqq. vbi de Episcopatu sancti Andreæ in Scotia disputatur, ut modo diximus. [De Hibernia, quam Scotiam maiorem vocatam pluribus nuper confirmauit Iacobus Vserius Archiepiscopus Armachanus, & totius Hiberniæ Primas in *Antiquit. Eccles. Britan.* cap. 16. paulò supra diximus ex Innocentij III. lib. 13. regi stri epist. 48. quibus adde quod supra notauimus pag. 147. & infra §. An-

iquitatem autem.] Vide Spelmannum in *Glossario*, dictionibus, *Cambuca*, & *Ferula*.

Hactenus de Inuestituris, & donationibus Episcopatum, & Abbatiarum factis ab Imperatoribus, & Regibus; quibus illustrantur plurimi canones, quos Gratianus retulit, *Dist. LXII. & LXIII. can. 1. 2. 22. & seqq.* maximè verò, *can. 11. 12. 13. 14. 16. & 17. Causa XVI. Ques. 7.* quibus explicari potest, quod dicitur in fine *capituli unici*, *de sacra uincione*: *Romanum Pontificem non uti baculo Pastorali*, propter *historiam*, quam explicat idem Innocentius III. *Mysteriorum Missæ lib. 1. cap. 62.* & *Glossa* tangit. Nec tamen abs re videbitur, si dicamus in odium Inuestiturarum per virgam, quam damnauerunt semper Pontifices, eos abieciisse baculum Pastoralem. Constat itaque iure & exemplis retinuisse Imperatores & Reges, in Episcopatibus, & Abbatii, iura Electionum, ac Regalium.

De Iure Regalium.

SUPEREST UT DE REGALIBVS ordine, & methodo certa tractemus.

Sed primum ambiguitatis vitande causa, diuersæ significationes distinguendæ sunt.

Primum, Regalium nomine latissime sumpto, res & iura omnia Regia, & fiscalia continentur; vt *legibus Neapolitanis* Friderici II. *lib. 1. tit. 6. lege 1. & lib. 3. tit. 1.*

ALIQUANDO verò Regalia apud Scriptores historiæ Germanicæ, significant insignia Imperij, Ensem, Globum, Sceptrum, & Coronam, de quibus doctissimè Freherus in *Originibus Palatinis*. [Insignis locus initio *libri 2. Regum*. Amalecites, qui mentiebatur se occidisse Sailem, ita loquitur. ἔλαζον τὸ βασίλειον, τὸ επὶ τῷ κεφαλήν αὐτοῦ. Et sumptu regale, quod erat super caput eius, & armillam de brachio illius, & attuli ad te Dominum meum huc. Vulgata: *Et tuli Diadema, quod erat in capite eius, &c.* Iunius & Tremellius, *Coronamentum*. Eadem figura loquendi, Corona oblata à Rege Clodouæ Papæ Hormisdæ, regnum appellatur, *Pontificale* in vita Hormisda. Eodem tempore venit Regnum cum gemmis pretiosis, à Rege Francorum Clodouæ Christiano, donum beato Petro Apostolo.] Significant etiam Regalia, iura quædam eximia, quæ solis Imperatoribus, & Regibus competunt: qualia sunt ea, quæ in *Constitutione* Friderici numerantur *lib. 5. Feudorum*; ad quam vide Cuiacium.

Præterea Regalia dicuntur, Feuda & possessiones, quæ munificencia Imperatorum, & Regum, tam Ecclesiis, quam Xenodochiis, & reliquis veneralibus locis fuerunt concessæ: quorum ratione subiiciuntur communi iuri, & conditionibus Feudorum omnes eorum Posseffores, licet Ecclesiastici. Ideoque obsequium, hominium, & iuramentum fidelitatis præstare tenentur. Hoc sensu pia loca dicuntur *Regalia*, & per Beneficium Regis haberi; esse in Regis Mundio, siue custodia: quod iam inde sub Pipino obtinuisse leges Longobardorum probant *lib. 3. tit. 1. lege 19. & 30.* [Regalia in eadem significatione sic explicat Iuo epist. 60. *Villas Ecclesiasticas, & alia bona exteriora, quæ de munificentia Regum obtinent Ecclesiæ*. Vide cap. 8. *de rebus Ecclesia non alieni*. vbi Regalia appellantur res à Regibus, in-

*De Diademate, & Imperij Insignibus, quæ Imperatores Ecclesiam ingressuri deponebant, vide Frontonem Duœum *tomo 4. Chrysostomi editio Paris. pag. 78. in fine Notarum.**

AD LIBRI I. DECRET. TIT. VI. DE ELECT. ET ELEC. POT. 163
Ecclesiam collatæ , ad differentiam aliorum bonorum Ecclesiæ. Eodem spectat data Henrico V. Imperatori à Calixto II. Regalia per sceptrum Inuestiendi facultas , in refutatione Inuestiturarum facta ab eodem Henrico V. siue in Concordia inter ipsum & Calixtum II. inita, quæ habetur in fine Concilij generalis IX. sub Calixto II. vulgo Lateranensis I. dicti , de qua supra , vbi de *Inuestituris*. Adde Othonem Frisingensem lib. 2. de *Gestis Friderici* cap. 12.]

Eadem forma , & figura verborum , *Regalia sancti Petri* vocantur, quæcunque libertate Imperatorum , & Regum ; nostrorum maximè , Romano Pontifici concessa fuerunt. In hunc sensum Regalia accipiuntur in celebri epistola Friderici ad Adrianum , & in Compositione supra citata inter Henricum V. Imperatorem , & Calixtum II. in formula iuramenti solemni à Gregorio VII. traditâ , & ab omnibus Episcopis præstanta , his verbis. *Papatum* , & *Regalia sancti Petri*, *ad iutor ero ad defendendum*. Ita legendum videtur Antonio Augustino in cap. 20. de *Electione in L. Collect.* ex quo sumptum est cap. 4. extra de *Iure iur.* Confirmat aperte formula iuramenti ab Innocentio III. præscripta Trinouitano Archiepiscopo , quæ extat in *Gestis eiusdem Innocentij* pag. 64. In illa formula ita explicantur Regalia , [latiūs paulò ,] honores , dignitates , & rationes Apostolicae Sedis , defendam pro posse. In iuramento à Comite Hildebrandino præstito Innocentio III. in fine lib. 2. *Registri : Papatum Romanum* , & *Regalia beati Petri* , & nominatim Montem altum , & quicquid aliud teneo de ipsis Regalibus .

Mirum itaque non est , cum Feuda possideant Episcopi , & reliqui Prælati ; si ratione bonorum , seruitium & obsequium compellantur præstare. Olim cogebantur & personaliter in bello interesse , cum hominibus suis : nisi iusta ex causâ excusationem à Regibus impetrarent , vt per vicariam personam huiusmodi muneribus defungantur : quod ius antiquissimum esse colligitur ex tomo 2. *Libertatum Galliarum* tit. 39. num. 1. & 2. & ex *Notitia omnium Monasteriorum Galliarum* , & *Germaniarum* , facta præcepto Ludouici Pij , qua continentur , quænam Monasteria debeant Regi ; vel simul *Militiam* , *Dona* , & *Orationes* ; vel *Dona* & *Orationes* ; vel *Orationes tantum*. Notitiam illam edidit doctissimus Sirmondus in *Notis ad tomum 2. Concil. Galliae* pag. 685. Frotharius Tullensis Episcopus , qui eiusdem Ludouici Pij tempore scripsit in epistolis 24. & 25. quas tomo 2. *Scriptorum Historie nostræ* diligentissimus Du Chesne primus publicauit. [Adde Concilium ad Theudonis Villam sub filiis Ludouici Pij post obitum Ludouici tomo 2. Concil. Galliae pag. 14. & *Capitularia Caroli Magni* in voce *Pontium Restauratio*.] Idem seruitium præstitum Germanis Imperatoribus ab Episcopis , propter Regalia docebit Otho Frisingensis lib. 2. de *Gestis Friderici* I. cap. 12. Dubito reliquos Reges huiusmodi exempla secutos. Huc forte allusit in *inscriptionibus suarum epistolarum* ad *Henricum I.* Anselmus Cantuariensis *humile seruitium* , & *orationes*. Denegabant enim hominum.

Reges vero nostros feudalia seruitia , etiam personalia in bello retinuisse , Historici nostri , & exterí confirmant. Extat insigne exem-

plum Philippi Belluacensis Episcopi, sub Philippo Augusto, apud Guillelmum Neubrigensem lib. 5. cap. 30. qui tamen insultat acerbius capto: sed Episcopum excusat satis Ius & Consuetudo Feudorum, & natalium splendor. Extat & aliud notatum dignissimum, sub eodem Philippo Augusto, apud Rigordum ad annum 1209. de Regalibus Aurelianensium Episcoporum, & Altisiodorensium Episcoporum, à quibus emendari petebat Philippus Augustus, quod ab exercitu milites eorum defecissent: eo colore, quod se non teneri contendunt ira, vel mittere; nisi quando Rex personaliter interesset. Consuetudine autem generali contra eos faciente, atque nolentibus emendare, Regalia eorum confisanit, & per biennium occupauit.

Notandum hoc amplius. Innocentius III. saepius à dictis Episcopis interpellatus, noluit tamen Consuetudinibus, Iuribus Feudorum, & Regni derogare: adeò ut tandem coacti fuerint, antequam à Rege occupata Regalia per biennium recuperarent, emendam Regi persoluere. Ad hanc insignem controvrsiam pertinent multæ Innocentij III. Epistola, maximè 39. & 40. [52. 106. & 107.] lib. 15. Registri, & reliquæ, quæ ab Interpretate notantur, quibus iunge tomii 2. Libertatum Ecclesia Gallicana tit. 22. num. 2. & tit. 39. num. 5. 6. & 7.

Quibus ex locis; potissimum vero ex Epistolis 39. 40. & 52. lib. 15. & ex Rigordi loco, explicatur postrema Regaliorum significatio, & usus eorum in Gallia. Nempe vacantibus Episcopatibus, non tantum temporalia Episcopatum, quæ à Regibus concessa fuerunt, sed etiam omnes omnino redditus occupari. Ita enim peritè & secundum usum, Rigordus loco citato. Rex Regalia confisanit; scilicet ea tantum temporalia, quæ ab eo fædaliter tenebant: Decimas, & alia spiritualia, eis in pace dimittens, &c. Innuit satis hoc loco, Decimas, atque alia spiritualia, Regalium nomine generaliter comprehendi in vacantibus Episcopatibus. Innocentius similiter epistola 40. Illud forte, cum Sedem Episcopalem vacare contingit, fieri tantummodo consuevit: & tunc, non solummodo domos; verum etiam Decimas, & Oblationes, & alia quæ inuenis, facis omnino saifiri, & in quibusdam Ecclesiis confers prabendas vacantes.

Notandum quod utroque loco dicitur nominatim de Decimis, cuertere omnino contrariam Ruzæi opinionem, quæ recte postremis Senatus Decretis improbata est. Choppinus Monast. lib. 2. tit. 3. num. 6. & lib. 2. d. Domani. tit. 9. art. 16. Itemque probatur manifestè ex dictis epistolis Ius Galliae, quo Reges nostri manus injectionem habent, & rei controvrsæ occupationem, ipso iure, lice pendente; nec aduersus eos locum habere iura de restitutione spoliatorum: le Roy plaide main garnie.

Præterea nullos alios Iudices agnoscere Reges nostros, quam Parvum Curiam. Quæ iura cum dictis epistolis Innocentius impugnat ab initio; cedere tamen coactus est, postquam de re tota certior factus fuit.

Vide quæ su- Antiquitatem autem Regalium, præsertim vacantibus Prælaturis, pra de Hiber- confirmant cip. 28. hoc tit. iuncta antiqua quæ ad Hiberniam perti-

net, & 32. cap. iuncta etiam ant. qua, quod ad Galliam, vbi mentio nia addidimus, *Regalium*, sicut & in cap. 2. de Concess. Præb. & in cap. 1. de his vbi de *Inuestigatio*ne fiunt à maiori parte Cap. in 3. Collect. à Raymundo detracta fuit. turis in fine. Quibus addere licet *Rescriptum* quoddam Innocentij III. Tom. 2. Adde Capit. si. *Libertatum Galliae* tit. 16. num. 3. in quo Ius Collationum Præben- per his de acc-
darum, Ecclesia Laudunensi vacante, dicitur pertinere ad Regem, *cusationibus*. Et secundum antiquam & approba am *Consuetudinem*. Idémque in [An- Igneum in re-
glia] apertissimè confirmat cap. 6. d: *Iure Patronatus* in 1. Collectione. petitione §. non
Quare, vt rem notissimam, antiqui Interpretes ad canonem *Imperium* alias ff. de S.
Dist. x. notauerunt.

C. Syllaniano

Dicti vero cap. 6. de *Iure Patronatus* Autor Alexander III. cuius pag. 163. num.
tempore in Anglia idem ius obtinebat. Apud Matthæum Paris inter 325. & pag. 164.
xvi. *Capitula libertatum*, recognitarum Clarendoniæ sub Henrico & seqq.
II. anno Christi 1164. hoc caput inseritur. Cum vacauerit Archiepis- Vide A. le
copatus, Episcopatus, vel Abbatia, vel Prioratus; in Dominio Regis esse Maistre in trac-
debet, in manu ipsius, & inde percipiet omnes redditus, & exitus, tatu de Rega-
sicut dominicos redditus suos. Quod Ius in Angliâ cœpisse sub Guillelmo cap. 1. in
mo II. qui vulgo Rufus, notat Guillelmus Malmesburiensis lib. 4. fine.
Nam Guillelmi patris Conquestoris tempore, post decepsum Episcopi, Vide Supple-
vel *Abbatis*, omnes redditus integrè custodiebantur, substituendo Pastori, mentum Mat-
resignandi. Successores tamen Guillelmi II. constantissimè, sicut fieri thæi Paris fol.
amat, Regalium iura conseruarunt. [Adde cap. 3. de *Institutionibus*, 199. & veterem
scriptum ab Alexandro III. Thomæ Cantuariensi, acerrimo Rega- Philippi IV.
lium & similiūm jurium impugnatori; & quæ præterea ad illud cap. Constitutio-
& ad cap. 1. ut lite pendente notauit Molinæus de *Iure Regalium* nem de Regali-
apud Gallos nostros.] bus anni 1302.

In Gallia non tantum Reges, sed etiam aliqui ex Ducibus, vbi de modo
& Comitibus, in quorum prouinciis Episcopatus erant posi- vtendi fruen-
ti, idem Ius præsumebant, Tomo 2. *Libertatum Ecclesie Gallici* di, & conser-
tit. 16. num. 1. & 4. Iuo Carnotensis epist. 94 ad quam vide Iu- uandi boni viri
retum.

Huiusmodi mobilium occupationes ab intestato, concessionibus singularibus, certis Ecclesiis ab initio remissæ, tandem in desuetudinem abierunt, tanquam canonibus & æquitati contrariæ. Iure enim ve-
teri communi Canonico, non tantum bona intestatorum Episcopo-
rum, vel Clericorum; sed etiam vacante Ecclesia, redditus omnes seruandi erat Successori can. 25. Concil. Chalcedonensis, quem Gratianus retulit Dist. LXXV. can. quoniam quidam, pleniū can. 43. 46.
47. & 48. XII. Quest. 2. [qui ad explicationem & confirmationem
d. can. 25. pertinent.] Quibus locis omnimodo direptiones mobilium defuncti Prælati ab intestato, non tantum Laicis, sed etiam Episco-
pis, Capitulis, & Clericis interdicuntur; non obstantibus cuiuscun-
que temporis Consuetudinibus.

Cum verò Rapacitas, & Licentia in multis Ecclesiis prævaluerisset;
idem Ius iterum renouandum fuit cap. 40. hoc tit. in vi. & cap. 7.
de *Electionibus* in Clementinis.

Plurimum ab illa corruptela differunt Regalium iura, vacantibus

Ecclesiis, Regibus & Principibus competentia, summis rationibus munita, quas supra exposuimus: ideoque tæpiùs Pontifices Romanos probasse ostendimus, & tandem generaliter in Concilio generali Lugdunensi, sub Gregorio X. confirmata fuerunt *cap. generali 13. de Electionibus in v. i.* Huius Gregorij duas speciales Constitutiones habemus, quibus Regum nostrorum Regalia comprobauit, in *Tomo 2. Libertatum Ecclesiae Gallicanae cap. 16. num. 18. & 19.*

Hactenus per multa saecula, iura Regalium intacta & integra Reges nostri retinuerant, etiam in Collatione beneficiorum: donec Bonifacius VIII. infensus Philippo Pulchro, *Regalia*, præsertim, circa Collationes beneficiorum, irrito licet conatu, reuocare tentauit. Cuius contentionis occasione rapta, utrinque vehementer de Iuris Regaliorum originibus, & causis certatum est.

Controversiae insignis Acta nuper edita fuerunt, [cura & studio D. Vigor in Magno Consilio Senatoris,] ex quibus quædam adscribuntur ad dictum *cap. 13.* in veteri editione *Iuris Canonici Parisiens.* anni 1520. vnde in quasdam alias postea deriuata: quæ tamen in antiquioribus editionibus, maximè extra Galliam; imò & in editione Molinæ, desiderantur. Quare imputandum nihil Romanis Correctoribus.

In dicto *cap. 13.* Glossa, in dictione, *Regalia*, quæ tribuitur Ioanni Andreæ, manca est. Omittit enim veram in illo *Capitulo Regaliorum* significationem. Sic restituenda ex Archidiaconi integris Commentariis, quem Ioannes Andreas sequitur. Dic *Regalia*, id est, quæ capiunt Reges, vacante Ecclesia, ut patet in Francie Regno, & Anglia. Nam illic vocantur *Regalia*, iura Regi in quibusdam Ecclesiis vacantibus competentia; quibus de Prelato ordinatis, illa percipiunt Prelati, & non Rex. Quæ postrema explicatio vera: omissa tamen in d. *cap. 13.* Reliqua aliò pertinent. Adde *cap. hoc consultissimo de rebus Ecclesiae non alien.* in *v. i.* cuius autor idem Gregorius X. Speculator lib. 4. tit. ne sede vacante: [quod quidem postea frustra Bonifacius VIII. infirmare tentauit, præcipue quod ad Collationes pertinet, sicut constat ex libro *Actorum inter Bonifacium & Philippum Publchrom.*]]

Obseruandum summè, diuerso longè iure, quam Regaliorum (licet quidam confundant male) nempè iure foundationis [lege dicta in fundatione,] *Regibus, & Principibus Patronis*, non autem Patronis priuatis, competere plenum ius conferendi Dignitates, & Præbendas [in Ecclesia Collegiata, v. g. in omnibus Sanctis Capellis regiis,] inconsulto etiam Episcopo: cuius iuris mentio fit in *cap. 5. de Consuetudine, in Antiqua*, [quam vide. Pertinet verò ad Ecclesiam sancti Petri de Curia Cenomanensis. Glossa ad *can. Imperium Dist. x.* malè de Decanatu Andegauensi intelligit, cuius errorem reliqui sequuntur Interpretes. Vide Seluam de *Beneficiis* parte 2. num. 1. & 23. *Quæst. 23.* pag. 426. & 438. Eiusdem quoque iuris meminit] *cap. dilectus 34. de Præbendis*, [& ibi Cuiacius,] & *cap. vlt. de Concessione Præbenda*, in quo verbum, *Donationis*, sicut & in d. *cap.*

Dilectus, non simpliciter ius præsentandi [& nominandi;] sed plenum ius conferendi significat : quibus iunge cap. 40. de testibus & cap. 9. de renunciatione. Quo iure hodie nostri Reges vtuntur. [Vide Igneum in repetitione ad §. non alias ff. ad S. C. Syllan. num. 354. & seq. & num. 383. & seq. Coquillium ad Niuerensis Consuetudinis articulum 58. & Mareschal Hum de Iuribus honorificis pag. 27.]

Quin & in huiusmodi Collationibus, ius præventionis, & Regulae Cancellariæ cessant; nisi quatenus illa noua iura congruunt cum nærum ad Parisiensem. Consuetudinem. Vide Mollii.

iure antiquo, & cum ratione. Quod ad Electiones verò pertinet : paulatim, & per partes iuri dñis art. 42. communis derogatum fuit. Glossa I. num.

Primò Populis omni lus ademptum suffragij, & Regibus solis as- 10. 11. & 12. sensus à Pontificibus, post Electionem factam relictus, ut di- ximus.

Postea, lus Cleri valdè imminutum, per reseruationes, quæ primò quidem in casu vacationis in Curia irrepserunt, ex antiqua Consuetudine: quam etiamnum hodie sibi Pontifices vendicant, non expectato assensu Regio: [sed frustra; nostris Regibus ius suum acriter retinentibus.]

Huiusmodi verò reseruationum in singulari casu vacationis in Curia, præter ea, quæ diximus, extant Constitutiones Clementis I V. & Vide supra Gregorij X. in cap. 2. & 3. de Præbendis in v1. quas per interpretationem Pag. 156 extendit Bonifacius VIII. I. cap. 34. eodem tit. & Ioannes 22. cap. 4. de Electione in Extrauagantibus communibus.

Ad alios casus idem Ioannes XXII. & Benedictus XII. reseruationes produxerunt cap. 4. execrabilis, & cap. 4. ad regimen de Præbendis in Extrauagantibus communibus, quæ à sequentibus Pontificibus receptæ sunt: eisque primum locum, inter Regulas Cancellariæ dederunt. [Paulatim etiam specialis alicuius Ecclesiæ Cathedralis prouisionem sibi reseruare cæperunt, etiam ex quavis causa, ut loquitur Bonifacius VIII. in cap. 45. de Electione in v1.] Postremò generaliter omnium Cathedralium Ecclesiarum, & Monasteriorum Dignitates sibi reseruarunt 2. 3. & 4. Regula Cancellaria in antiquis, [quarum in Gallia nulla unquam fuit autoritas.]

Concilio vero Basileensi Sessione 12. & 23. huiusmodi nouæ reseruationes sublatæ sunt, & Electionum ius commune restitutum.

In Gallia ius Electionum semper retentum fuisse, supra docuimus: nec unquam nouæ illæ Constitutiones, vel Reseruationes locum haberunt. Quin etiam in Pragmaticam Sanctionem translata fuerunt Decreta Concilij Basileenfis: & secundùm Pragmaticam Ordinationes Ecclesiarum per plures annos factæ; eligendi facultate priùs à Regibus impetrata, [Tomo 2. Libertatum Ecclesiæ Gallicana tit. 13. num. 10. & 11. & tit. 15. num. 59. & seqq.]

Pragmaticam saepius euertere conati fuerunt Pontifices cap. 1. de Treugi & Pace in Extrauag. commun. Tandem perfecit Iulius II. in Concilio Lateranensi nouissimo: cui eodem tempore Concilium Pisanum oppositum. Vnde natæ graues controuersiae inter Pontifices & Reges nostros, qui strenue, & diu jus suum assertuerunt,

tam *Ordinationibus*, quām *Decretis summi Senatus*; quæ commodiūs repeteſ ex tomo 2. *Libertat. Ecclesia Gallicana* tit. 13. num. 10. & 11. & tit. 15. num. 59. 60. 61. 62. & seqq. Consule excepta ex *Oratione Prudentissimi viri Ioannis Iuuenalis des Vrsins in Notis ad Historiam Caroli VI.* nuper editam.

Corruptelas & His litibus finis impositus per Concordata inter Leonem X. & fraudes, quæ Franciscum I. plenitudine potestatis Regiæ tandem recepta; non in electioni- habita ratione contradictionum, protestationum, & appellationum bus à Clero & ad futurum Concilium. Notandum tamen in cap. 4. de *Ordine S. Populo sole- sione* 23. Concilij Tridentini manifestè derogari Concordatis, ibi, sine bant frequen- ea sit irrita * *ordinatio*. Contrarium enim in Concordatis manifestè ex- tari, eleganter primitur in tit. de *Electionibus* in fine, decernentes *Electiones*, contra describit S. *præmissa attentatas, nullas & inualidas existere*. Quod quidem præiudicium Chrysostomus Regiis Nominationibus illatum pluribus prosequitur Molinæus in lib. 3. de *Sacerdotio Consultat. super Concilio Tridentino* num. 34. 35. & seqq. *dotio* cap. 15.

Quare non malè hodie vni tantum Regi & Pontifici Electio permittitur.

* Poterit tamen commodiūs hic locus Concilij explicari, si Petri Gregorij Tolosani responſionem ad Molinæum consulas, & excutias diligenter.

Quinimo Ius vetns, etiam post Concordata, in *Aurelianensibus Comitiis* reuocatum fuit artic. 1. [secundūm Nouellas Iustiniani : quem articulum] illustrant valdè ea, quæ suprà notauiimus [ex dictis Nouellis pag. 116.] & cap. 14 de *Electione*: [& quæ doctissimus Habertus notat ad *Pontificale Ecclesiæ Graecæ* pag. 482. & seqq.]

Vide eundem Postremò in Patriarchæ Constantinop. Electione, de qua in cap. 40. Habertum ad hoc tit. etiam ante Constantinopolim à Gallis & Venetis expugna- Pontificale Ec- tam, similis Consuetudo inualuerat: & retenta est, post expulsos à clesie Graecæ Græcis Gallos & Venetos. Itémque ab Imperatoribus Constantinop. pag. 430. & ius tradendi Baculi pastoralis usurpatum: Δικαίων, Baculum, siue pluribus seqq. Ferulam pastoralem vocant. Imperator electum Patriarcham in pos- maximè. pag. sessionem inducebat, dato Pedo pastorali. Vide Codinum Cœropolita- 470. & 485. tam cap. 20. Πεῖται περιπέχεις, ἡ πεῖται χιεγοτοις τὸ αὐτό, ἡ & seqq. αἱλων Πατριαρχῶν τι, ἡ Επισκόπων. Pluribus eruditè confirmat in *Commenta- περιπέχων*, præ- ria ad Codinum Iacobus Gretserus; qui & rectè, περιπέχων, distinguit à pono, præ- χιεγοτοις, quæ illo loco significat Consecrationem. Nam ab Episcopo ficio. Differen- Heraclex, * cui olim suberat Episcopus Constantinopolitanus conse- tiam inter crari solet Constantinop. Patriarcha: præcedente tamen περιπέχων & solemni Imperatoris, per traditionem Baculi pastoralis, * cùm hac for- χιεγοτοις ex- mula, ἡ αὕτη Τεῖχος, διὰ τὸ πάρ αὐτῆς περιπέχεις ἡμῖν βασιλέας, περιπέχων. Ante ap- plicat rectè τοις Αρχιεπισκοποις, Κυριακηὶ πόλεως, ἡ Οἰκουμένικον Πατείαρχον. Ante ibidem Haber- βληταν solemnem, qua publicè iterum confirmatur Electio, appellatur tus pag. 492. Τπόψησις, * [vel Τπόψισις], id est, Electus tantum. Vide ibi Gretserum. & seq. Idem in reliquis Patriarchis.

* Vide Philo-

storgij hist. lib. 9. cap. 10. & in *Dissertationibus* pag. 382.

* Vide quæ in *Pontific. Eccl. Graecæ ad ritum Electionum* idem Habertus scripsit.

* Vide quæ notauit idem Habertus ad d. *Pontificale* pag. 34. & 35.

AD LIBRI I. DECRET. TIT. VI. DE ELECT. ET ELEC. POT. 169

Addamus locum Antiqui Scriptoris, relatum à doctiss. Bongarsio in *Præfatione ad Gesta Dei per Francos.* Agebatur de Electione Patriarchæ Hierosolymitani: *Inuxa morem uniuersi Orientis*, ait, *Regi nominatos duos fuisse, Guillelmum Tyrum, & Heraclium quendam:* qui postremus, à Rege probatus, & prælatus Guillelmo. Quæ omnia conuenient optimè cum his quæ supra de Electionibus, & Inuenturis disseruimus.

[Quæritur quænam sint beneficia verè electiua, & quænam electiua & collatiua simul. Quæ quæstio tractatur ad cap. 41. ne pro defec-
tu, & ad cap. 42. quia propter hoc tit. maximè verò ad cap. quam sit
6. eod. tit. in vi. quod caput. sumptum est ex Concilio generali Lug-
dunensi sub Gregorio X. Et quidem passim aiunt Interpretes, electiua
verè dici ea beneficia, quorum vacatione adueniente dicitur Ecclesia
viduata sposo, quales sunt non tantum Episcopatus, sed etiam De-
caniæ & Præposituræ, siue primæ Dignitates Ecclesiarum, seu Ca-
thedralium, seu Collegiatarum, seu Conuentualium, in quarum Elec-
tionibus supra dicta capitula 41. & 42. de Electione & cap. quam sit
seruari debent. In reliquis verò Dignitatibus inferioribus dictarum Ec-
clesiarum non tanta requiritur solemnitas; nec in his confirmatio re-
quiritur, nec forma dicti cap. quia propter. Quamuis enim per Elec-
tionem minus solemnem conferri aliquando soleant; Collatiua tamen
potius, vel Electiua & Collatiua simul dicuntur. Et hanc distinctio-
nem ex mente dictorum cap. 41. & 42. primus induxit Innocentius IV.
initio d. cap. quia propter. Et meritò. Illud quippe beneficium, vel Dignitas,
ad cuius electionem simplicem, seu nominationem quis assumitur sine
solemnitate, seu confirmatione Superioris, non debet dici propriè
electiuum, sed potius collatiuum; cum in talibus per elec-
tionem minus solemnem ius plenissimum queratur. Vide *Decisiones
Rote antiquæ in tit. de Electionibus pag. 367. & in nouis eod. tit. pag.
58. & seqq. Glos. Pragmaticæ sanctionis tit. de Elect. in verbo pro quo-
cumque Prælato; & apertiùs in d. tit. §. quibus. ibi. Collegiatis Eccle-
siis: vbi ait, istas tantum inferiores Dignitates, & præbendas, quæ sunt
electiua & collatiua, Nominationibus & Graduatis esse obnoxias; in
primariis autem Dignitatibus & verè electiuis ius Graduatorum cessare.
Ita enim intelligit ea verba *Dignitatibus electiuis* in d. §. quibus. In tit.
verò de *Collationibus* §. in *Dignitatibus* restringit ea verba, in *Dignita-
tibus electiuis*, quæ de Graduatis loquuntur. In his enim liberam manere
electionem voluit Pragmatica. Et certè illa verba, *Dignitatibus Electiuis*,
secundùm titulum de *Collationibus*, sub quo ponuntur, explicanda sunt
de Electiuis & Collatiuis simul; in quibus tantum Dignitatibus, in-
ferioribus scilicet, & Præbendis locum habet Nominatio, *Glossa Pragm.
Sanctionis* ibid.*

Postea in *Concordatis* omnis dubitationis tollendæ causa, *Electiuarum* verbum sublatum est in tit. de *Collationibus* §. p. prefatiique Ordinarij, & notat Probus ad *Pragmaticam dicto loco*; vbi in additionibus Ecclesiæ Gallicanæ ad Concilium Basileense in d. tit. de *Collatio.* §. item pla-
cuit, etiam Dignitatum electiuarum omissa est mentio. Rebuffus in
Concord. tit. de *Regia ad Prælaturas Nominat.* verbo, verè electiuis, &

De Beneficiis
Electiuis &
Collatiuis, &
de huius diffe-
rentiae origine.

in *Praxi de Electione*, vbi sic loquitur. Altera est electio, quæ non exigit Confirmationem, sed Canonici, vel alij eligendo conferunt: & hæc viam Collationis habet. Quod ex Glossa Pragmaticæ sumpsit tit. de Electione §. sed quod per Electiones. Vide eundem Rebuffum pleniùs in eam sententiam in Concord. tit. de Collationibus §. Prefatiue Ordinarij in versiculo, omnium Dignitatum; vbi de Collationibus omnium Dignitatum, id est Collatiuarum, vel Electiuarum & Collatiuarum simul, de quibus tantum agitur eo titulo; cum de verè electiuis actum sit. de Regia ad Praalutras nominatione. Quod & idem Rebuffus confirmat ad d. §. Prefatiue Ordinarij, verbo Dignitates. Obserua præterea præuentiones & mandata Apostolica habere locum, sicut & resignaciones, in Dignitatibus non verè Electiuis, v. g. in maioribus post Pontificales ex Concordatis. §. per præmissa tit. de Regia ad Prelat. Nominat. & ibi Rebuffo. Nec contra Papam conqueri possunt Electores: quod decretis Curiæ firmatum, Rebuffus ibid. & Choppinus lib. i. de sacra Politia tit. 2. Legato tamen Apostolico idem non conceditur, sed soli Pontifici cap. 4. de officio Legati, Pithœus *Libertatum Ecclesie Gallicane* art. 63, & seqq.